

Francisco Suárez S. I.
De Fide. Secunda Pars

Roma 1583

Edición
del
DR. KARL DEURINGER

Disputatio sexta¹: De poenis infidelium.

Haec disputatio maxime solet versari de haereticis, quia ad illos certe² maiori ex parte spectat, tamen quia³ locum etiam⁴ habet in omnibus aliis⁵ infidelibus, praecipue apostatis et ad non apostatas nonnihil etiam pertinet, de omnibus breviter dicemus.

Quaestio prima: Utrum infideles non apostatae possint ab Ecclesia puniri.

G p. 314 /Supponitur distinctio infidelium subditorum et non subditorum principibus christianis.

Et ideo⁶ dico primo: Nulli infideles non apostatae ab Ecclesia⁷ puniri possunt propter infidelitatem.

El communis et certa conclusio^{7a} ex illo⁸ 1 ad Cor. 5[12]: *de his, qui foris sunt, nihil ad nos* et ad Rom. 14[4]: *tu quis es, qui iudicas alienum servum.*

Unde sumitur fundamentum, quia Ecclesia non habet iurisdictionem in huiusmodi infideles. Videantur⁹ omnia dicta disputatione praecedenti, nam¹⁰ hoc confirmant.

1 sexta) om. K; vigesima secunda
D 2 certe) om KOG 3 quia) om.
K D 4 etiam) om. K O 5 aliis) om.

K O 6 et ideo) om. K D O 7 ab
Ecclesia) om. O 7a et - conclusio)
om. K 8 ex illo) iuxta id K 9 vi-

Ex quibus¹¹ dico secundo: Principes christiani et tota Ecclesia non potest punire / ulla peccata directe et per se infidelium horum non subditorum sibi.

Conclusio¹² est certa ac praecedens¹³ et habet idem fundamentum¹⁴, quia isti principes¹⁵ non habent vim directivam et consequenter neque coactivam in huiusmodi homines¹⁶. Dico autem *directe, formaliter et per se*¹⁷, quia aliis titulis possunt interdum privare huiusmodi infideles aliquibus bonis, ut dicemus et praecipue si per iniurias contra illos principes aut¹⁸ Ecclesiam commissas fiant subditi/iurisdictioni et potestati vindicativae.

Sed obiici¹⁹ potest²⁰, quia expedit universi gubernationi²¹, ut sit in republica²² aliqua suprema²³ potestas, ad quam spectat vis²⁴ punire peccata, item licet principi non habenti superiorem vindicare iniuriam factam alteri principi simili²⁵, ergo et licebit regi christiano²⁶ vindicare iniurias factas Deo.

Respondetur ad primum²⁷ in unaquaque gente et²⁸ republica²⁹ eam potestatem esse apud supremum principem illius reipublicae, quodsi ille male se gerat, reipublicae habent potestatem in illum; si tamen omnes in malo consentiant, vindicta remittenda³⁰ est Deo, qui est vindex in omnibus³¹, 1 ad Tess. 4[6] et ad Hebr. 11[6] neque enim potuit humano modo commodius universus³² mundus gubernari.

deantur) vide D 10 nam) quae O 11 ex quibus) om. K 12 conclusio) sententia O; om. K 13 ac praecedens) om. K 14 fundamentum) add. cum praecedenti K 15 isti principes) om. K 16 homines) infideles O 17 formaliter - se) etc. K; om. G; et - se) om. O 18 illos - aut) om. K O G 19 obiici) dici G 20 sed -

potest) om. O 21 universi gubernationi) universo D 22 republica) ea K; eo D G 23 suprema) om. O 24 vis) vim O; om. K D G 25 principi simili) om. O 26 christiano) om. K 27 ad primum) primo O 28 gente et) om. O 29 et republica) om. O 30 remittenda) relinquenda D 31 in omnibus) om. K O 32 universus)

Ad secundum vero primo: Falsum est assumptum, nisi id fiat ex consensu et commissione alterius principis, quam non habent christiani principes a Deo ³³.

Secundo: non fuit expediens nec necessarium, ut supra D f. 215 r in simili dicebamus, praecipue quia in vindicanda / isto modo una iniuria Dei ³⁴ infinitae aliae committerentur ³⁵.

Dico igitur³⁶ tertio: Princeps christianus potest in his infidelibus sibi subditis ea peccata punire, quae sunt contra naturae legem et ipsius principis et bonum reipublicae.

Haec est certa et ³⁷ patet ex contrario fundamento, quia quoad haec habent hi principes ³⁸ coactivam vim et directivam in hos infideles / Vide de hoc ³⁹ dist. 54 Decreti et G p. 315 K f. 19r cap. / Ad fidem 23 q. 5. ^{mp}

Solum advertendum, ut princeps possit punire haec peccata, quae sunt contra naturae legem, oportere prius esse cautum lege ipsius principis et poena sancitum ⁴⁰ ut talis lex naturalis in suo regno observetur, quia nisi hoc factum sit, qui contra illam legem peccat ⁴¹, non deliquit ⁴² contra oboedientiam debitam illi ⁴³ principi neque contra leges ⁴⁴ proprias ⁴⁵ illius regni et ideo non debet puniri. Unde si princeps christianus prohiberet idololatriam inter infideles subditos sibi ⁴⁶, non posset eos punire propter idololatrias ante commissas, sed solum propter illas, quas post illam legem latam committunt et ita servatum est semper in Ecclesia et erit clarior in materia de legibus.

om. K 33 a Deo) ad eos O 34 isto-
Dei) ista iniuria O 35 committeren-
tur committerent D; committentur O
36 igitur) om. K O G 37 est - et)
om. K D O 38 habent - principes)
habet iste princeps K 39 de hoc)

om. K. O; hoc his G 40 et - sanc-
citur) om. K D O 41 peccat) D
42 delinquit) delinquunt D 43 illi)
om. K D 44 leges) poenas O 45
propriis) debitas O 46 sibi) om.
K O 47 blasphemando - infidelita-

^{mp}) Decretum Gratiani I d.54 et II causa 23 q.5 c.33 (Corpus Iuris Canonici, ed. FRIEDBERG, I 206-14; gsg).

D f. 215 v / *Dico quarto*: Principes christiani possunt punire
 O f. 354 v / quoscumque infideles directe inferentes iniurias religioni
 nostrae vel blasphemando vel persequendo fideles vel solli-
 citando inimicum ad infidelitatem ⁴⁷.

Ita ⁴⁸ divus THOMAS q. 10 art. 8 et est communis theolo-
 gorum, de qua de ⁴⁹ videri possunt multa ⁵⁰ 23 q. 8 et prae-
 terea ⁵¹ 13. cap. Deuteronomii [13-15] est optimum pro hac
 re ⁵².

Ratio vero ⁵³ est, quia unaquaeque istarum iniuriarum
 est gravissima et quaelibet respublica habet ex iure naturali
 ius ad depellendas et vindicandas iniurias ⁵⁴, quoniam alias
 neque mundus conservari in pace neque supremi principes
 in officio contineri possent. Unde per huiusmodi crimen et
 iniuriam is, qui illam committit, pertinere censetur iam ⁵⁵
 ad forum alterius principis at vero respublica christiana
 non debet esse in hoc deterioris conditionis.

Advertendum est autem ⁵⁶ hoc ius non generaliter et ⁵⁷
 indifferenter ad quemcumque christianum principem per-
 tinere, sed ad eum, contra quem in se vel in suis subditis
 iniuriae factae sunt ⁵⁸. Si autem esset vel contra universa-
 lem Ecclesiam vel certe contra aliquos supremos principes,
 quos infideles omnino iam ⁵⁹ deleverunt ⁶⁰ et occupaverunt
 D f. 216 r eorum terras, unde ipsi se iam vindicare non possunt, / tunc
 huiusmodi ius residere videtur ⁶¹ vel apud supremum ⁶²
 G p. 376 imperatorem vel apud eum, cui tale ius summus Pontifex
 concesserit ⁶³ / vel certe apud eum, qui primo illud ⁶⁴ ius
 occupaverit ⁶⁵ et causam alterius assumpserit ⁶⁶, quod ne

tem) blasphemantes etc. O 48 ita)
 om. K 49 est - re) om. O 50 vide-
 ri - multa) om. K O 51 praeterea)
 om. K O G 52 est - re) om. K O 53
 vero) om. K O 54 ius - iniurias)
 potentiam vindicandi iniuriam O 55
 iam) om. K O G 56 est autem) om.
 G 57 generaliter et) om. K O 58
 iniuriae sunt) iniuria facta sit O

59 iam) om. K O 60 deleverunt)
 exstinxerunt D 61 videtur) potest O
 62 supremum) om. K 63 concesserit)
 concessit O; concesseret G 64
 illud) om. K D G 65 occuparevit oc-
 cupavit K G 66 assumpserit) assum-
 psit K G 67 dissidia) discordiae O
 68 et sententiae) om. K O G 69 ad-
 videntur) in toto corpore Ecclesiae

dissidiae⁶⁷ oriantur, sine voluntate et sententia⁶⁸ Pontificis summi faciendum non est. Unde ad eum spectat distribuere haec iura, quando non sunt propria alicuius principis, sed quasi ad universalem Ecclesiam pertinere videntur⁶⁹.

Sed obiiciet aliquis⁷⁰: ergo licebit Ecclesiae vindicare idolatriam in his infidelibus, quia est magna blasphemia contra nostram religionem.

Respondeo breviter⁷¹ infra de blasphemia⁷² q. 94 art. 3 ad 2 negando sequelam, quia idolatria non directe fit ad inferendum nobis iniuriam, unde qui sic peccat, vere non peccat contra iustitiam nobis debitam⁷³, sed solum indirecte dicitur quadam blasphemia

Quaestio secunda⁷⁴: An⁷⁵ possit Ecclesia iuste⁷⁶ hos⁷⁷ infideles⁷⁸ non subditos privare⁷⁹ communicatione fidelium⁸⁰.

O f. 355 r / Dupliciter haec intelligi potest privatio:

D f. 216 v Uno modo⁸¹ / ex parte fidelium, quibus talis⁸² interdicitur communicatio⁸³.

Altero modo⁸⁴ ex parte ipsorum infidelium, si in ipsos directe⁸⁵ possit ferri prohibitio vel⁸⁶ in poenam infidelitatis⁸⁷ vel alio titulo.

Rursus communicatio haec potest hoc loco⁸⁸ tripliciter⁸⁹ distingui: Prima est haec exterior humana et civi-

videntur residere O 70 obiiciet aliquis) dices KO 71 breviter) om. KOG 72 de blasphemia) om. KOG 73 nobis debitam) respectu nostri D 74 quaestio secunda) quaeritur secundo K 75 an) utrum G 76 iuste) om. KDO 77 hos) om. KG 78 infideles) add. non apostatas D 79 privare) punire O 80 fidelium) cum fide-

libus G 81 uno modo) primo D 82 talis haec D 83 talis - communicatio) interdicitur communicare cum infidelibus O 84 altero modo) secundo D; aliter G 85 directe) om. KO 86 si - vel) ex prohibitione videlicet O; vel) om. DG 87 infidelitatis) om. D 88 hoc loco) hic G; om. KO 89 tripliciter) triplex KG

lis⁹⁰ communicatio^{90a}. Secunda est communicatio infidelium⁹¹ in operibus religiosis christianorum⁹². Tertia est participatio fidelium cum infidelibus in operibus infidelitatis eorum.

Iam⁹⁸ dico primo: Haec tertia communicatio iure divino positivo et naturali prohibita est fidelibus.

Patet primo⁹⁴ 1 ad Cor. 10 [20]: *nolo vos fieri socios daemoniorum.*

Secundo sunt quamplurimi⁹⁵ canones de hac re: 69 et 70 Apostolorum et⁹⁶ in *Sexta Synodo*^{ma} 15, 60, et 65, idem⁹⁷ in Concilio ANCYRANO^{mr} LAODICENSI^{ms} a cap. 37. et sequentibus⁹⁸, BRACARENSI^{mt} et can. 72 et 75, qui in secundo tomo^{mu} conciliorum habentur⁹⁹ post illud concilium¹ et in decretis 26 q. 5^{mv} multa habentur de hac re².

Ratione constat³, quia huiusmodi participatio est cooperatio in opere intrinsece malo.

Dico secundo hos infideles nobiscum communicare in sacramentis vel communibus orationibus prohibitum nobis⁴ est non iure naturali aut divino, sed positivo.

90 humana - civilis) manens K; om.
O 90a communicatio) corr. ex ex-
communicatio K; om. O 91 infide-
lium) om. K D O 92 religiosis chris-
tianorum) om. K O 93 iam) om. K O
94 primo) om. K D O 95 quamplu-

rimi) infiniti O 96 quamplurimi - et)
om. D 97 idem) om. K 98 et se-
quentibus) om. K D G 99 habentur)
referentur G 1 post - concilium) in
fine illius concilii O 2 multo - re)
om. K O 3 ratione constat) ratio na-

mq) *SEXTA SYNODUS* (Constantinopolitanum III., a.680) c.15 (revera: 11), 60, 65
(Lud. BAIL: *Summa omnium conciliorum*, Padova 1701, tom. I, 334; 339;
340).

mr) *ANCYRANUM* (a.314) c.1 (MANSI 2,514).

ms) *LEODICENSE* (a.320) a c.37 (MANSI 2,514).

mt) *BRACARENSE* (II., a. 563) c.15 (MANSI 9,778).

mu) Petrus CRABBE: *Concilia omnia*, tom. 2, Köln 1551, 227.

mv) *Decretum Gratiani II causa 26 q.5* (*Corpus Iuris Canonici*, ed. FRIED-
BERG, I 1027-36).

Haec habentur⁵ ex consuetudine Ecclesiae, quae non
 G p. 377 celebrat sacrificia / coram his infidelibus // neque pro eis
 D f. 217 r publice orat nisi semel in anno⁶ feria sexta parasceves⁷
 Unde institutus est in Ecclesia ordo ianitorum, quorum offi-
 cium est arcere hos⁸ infideles ab Ecclesia maxime tempore
 sacrificii et orationum communium.

Ratio vero⁹ huius prohibitionis¹⁰ est, ut haec¹¹ quae
 sancta sunt, decentissime¹² fiant, item etiam¹³ quia oratio-
 nes communes peculiariter deputatae sunt ad mutuum com-
 municationem fidelium et profectum eorum. Dico autem
 haec¹⁴ non esse ex natura rei¹⁵ prohibita, quia non sunt
 intrinsece mala, unde orationes privatae possunt fieri pro
 his infidelibus et coram ipsis¹⁶; intelligendum autem est,
 dummodo ipsi non admittantur ad illicitam cooperationem
 vel participationem sacramentorum, nam hoc per se malum
 est, ut satis ex se¹⁷ constat¹⁸.

Dico tertio: Communicatio humana et exterior cum
 infidelibus per se indifferens est nec est generaliter prohi-
 bita et interdum potest esse / bona et nonnumquam etiam¹⁹
 K f. 19 v mala.

Probantur singula breviter¹⁹; primum et secundum²⁰
 ex Paulo 1 ad Cor, 7 [12], ubi vult coniugem fidelem com-
 municare et²¹ manere cum infideli / seclusa iniuria creato-
 ris²² et c. 10[27] permittit fidelibus²³ cum infidelibus²⁴
 comedere, ut exponit²⁵ CHRYSOSTOMUS^{mw} ibi hom. 25 et
 sentit divus THOMAS hic²⁶ art. 9 argumento primo.

turalis est K; ratio est G 4 nobis)
 om. G 5 haec habentur) habetur
 K; ita habetur O 6 semel - anno)
 om. D G 7 parasceves) hebdomadae
 sanctae G 8 hos) om. D O G 9 ve-
 ro) om. K O 10 huius prohibitionis)
 om. K D G 11 haec) om. K 12 de-
 centissime) sanctissime K; rectissi-

me O 13 item etiam) om. K; etiam)
 om. O G 14 haec) om. K 15 rei)
 sua D 16 et - ipsis) om. K D O 17
 satis ex se) om. D G 18 ut - const-
 tat) om. K 19 etiam) om. K D G
 19a breviter om. K O G 20 primum-
 secundum) om. K 21 communicare
 et) om. K D O 25 exponit) om. K G

mw) CHRYSOSTOMUS: Hom. 25 in 1 ad Cor. 10 (27; PG 61,205).

Confirmatur, quia intollerabile esset et impossibile infideli converti ad fidem, si statim deberet²⁷ se abstinere ab
D f. 217 v omni conversatione / aliorum infidelium.

Et hinc patet tertia pars: nam potest hoc fieri bono fine, maxime si sit²⁸ propter conversionem infidelium, ut habetur cap. *Quam sit laudabile* de Iudaeis et Saracenis²⁹ mx et ex GREGORIO I.³⁰ my lib. 3 ep. 26 et GREGORIO II. mz in ep. ad Saxones.

Ultima pars constat primo: nam ratione periculi potest esse illicita haec communicatio ex illa regula: qui amat periculum etc., quod quidem³¹ periculum esse potest vel infidelitatis vel alterius peccati et illo praecepto prohibetur communicatio tunc, cui contrarium est peccatum, cuius periculum imminet, unde eadem species malitiae in tali communicatione reperitur et eadem ratione interdum lex positiva prohibens talem communicationem potest esse iusta et obligans in conscientia, quae si data sit³², obligat singulos etiamsi in particulari³³ cesset hoc³⁴ periculum, quia obligatio legis non cessat cessante fine legis tantum³⁵ in particulari et negative, ut dicitur infra³⁶ suo loco³⁷ et huiusmodi leges sunt³⁸ multae, ut in³⁹ concilio TOLETANO QUARTO^{na} QUINTO^{nb} et DECIMO QUINTO^{nc} AGATENSInd cap.

G p. 318

26 hic) om. K, G. 27 deberet) tene-
retur K O 28 maxime - sit) praeci-
pue K 29 et Saracenis) om. K G
30 I) om. K D O 31 quidem) om.

K G 32 data sit) feratur K; 34
hoc) om. K O G 35 tantum) om. O
36 infra) om. D G 37 ut - loco)
om. O 38 sunt) habentur O 39 ut

mx) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.6 c.10 (Corpus Iuris Canonici, ed. FRIEDBERG, II 774-75).

my) GREGORIUS: Registrum lib.3 ep.26 (lib.4 ep.26; PL 77, 695).

mz) GREGORIUS II.: Ep. ad Saxones (Ep. 7; PL 89, 505).

na) TOLETANUM QUARTUM (a.633): c.60; 62; 63 (MANSI 10, 634).

nb) TOLETANUM QUINTUM, revera: Toletanum sextum (a.638) c.3 (MANSI 10, 663).

nc) TOLETANUM XV., revera: Toletanum XIV. (a.684) c.10 (MANSI 11, 1090).

nd) AGATHENSE (a.505) c.40 (MANSI 8, 331).

40, VENETO^{ne} cap. 12, AURELIANENSI TERTIO^{nf} cap. 13, MATISCONENSI⁴⁰ PRIMO^{ng} cap. 15, videantur⁴¹ dicta supra⁴² 8⁴³ q. 1, praecipue⁴⁴ ut filii vel servi⁴⁵ conversi ad fidem non maneant sub cura vel dominio infidelium. Prohibentur etiam matrimonia fidelium cum infidelibus et hoc primo⁴⁶ et maxime cum haereticis, ut infra dicemus⁴⁷ / propter maius periculum⁴⁸, deinde cum Iudaeis, quia maximo odio persequuntur fidem nostram. Unde in SEXTA SYNODO^{nh} supra⁴⁹ etiam habitatio cum illis vetatur⁵⁰ et uti eorum artibus⁵¹, praecipue quae pertinent ad corpus ut⁵² medicina⁵³ et lavari simul in iisdem balneis cum illis,⁵⁴ quae postea extensa sunt ad Saracenos praecipue⁵⁵ in cap. *Iudaei* secundo De Iudaeisⁿⁱ.

Intelligenda autem sunt haec de communicatione quadam permanente et quasi utrimque voluntaria per modum amicitiae⁵⁶, nam alia, quae est per modum superioris potestatis ut⁵⁷ servitutis et dominii, licita est, potest enim O f. 356 r fidelis habere servum in / fidelem et cum illo communicare, quantum⁵⁸ oportet. De communicatione vero⁵⁹ matrimonii⁶⁰ dicedum est suo loco, videte SORUM in 4 d. 39^{nk} et divum ANTONIUM 2. p. tit. 12 c. 3, sed ista omnia, ut videtis⁶¹, directe cadunt in ipsos fideles⁶².

in) om. K D G 40 Matisconensi) Ratisbonensi D O 41 videantur) vide D O 42 dicta supra) om. K D G 43 8) om. O 44 praecipue) praecipitur D G 45 vel servi) om. O 46 primo) praecipue O G 47 dicemus) dicetur G; om. K O 48 propter periculum) om. K O G 49 supra) om. O 50 vetatur) prohibetur D 51 artibus) arte

O 52 quae - ut) om. K O. G 53 praecipue - medicina) om. O; medicinis K 54 cum illis) om. D 55 praecipue) om. O 56 per - amicitiae) om. K O G 57 superioris - ut) om. K O G 58 quantum) quando O 59 vero) autem D; om. K G 60 matrimonii) per matrimonium D 61 ut videtis) om. K D G 62 in-fideles

ne) VENETUM c.12; Petrus CRABBE: Concilia omnia, tom. 1, Köln 1551, 948.

nf) AURELIANENSE III. (a.540) c.13 (MANSI 9,15).

ng) MATISCONENSE I. (a.582) c. 15 (MANSI 9,934).

nh) SEXTA SYNODUS (Constantinopolitanum III., a.680) c.11 (Lud. BAIL: Summa conciliorum omnium, Padova 1701, tom. I, 334).

ni) Decretales Gregorii IX. lib. 5 tit.6 c.5 (Corpus Iuris Canonici, ed. FRIEDBERG, II 773).

nk) Dominicus Soro: In 4 d.39 (ed. Salamanca 1560, 304).

Unde dico quarto: Non potest Ecclesia directe obligare hos infideles non apostatas⁶³ non communicare⁶⁴ cum infidelibus neque hoc eis imponere in poenam infidelitatis, indirecte vero potest interdum id efficere praecipue circa infideles sibi temporaliter subditos.

D f. 218 v

Ita⁶⁵ est intelligendus / divus THOMAS [9-10] in art. 9. Et prima pars per se satis patet⁶⁶ ex dictis quaestione et etiam⁶⁷ disputatione praecedenti, quia illa prohibitio vel poena⁶⁸ requirit iurisdictionem et Ecclesia non habet illam.

Alia pars declaratur et probatur, quia si periculum fidelium esset evidens nec posset satis illi subveniri⁶⁹ per prohibitionem factam fidelibus, posset princeps christianus arcere huiusmodi infideles etiam non subditos alias, ne diversentur in suis provinciis nec cum fidelibus negotient, idque ratione dominii et iurisdictionis, quam in suo regno⁷⁰ habent. Nam ratione illius iurisdictionis⁷¹ potest statuere, quidquid ad bonum regimen necessarium sibi⁷² fuerit, item id⁷³ potest titulo quasi naturalis defensionis. Ex quo satis constat hoc magis habere locum, si infideles sint subditi, imo in his probabile est, cum possint puniri propter aliqua⁷⁴ peccata, ut supra dictum est⁷⁵ exilio verbi gratia vel carcere, posse etiam directe puniri hac poena privationis omnis communicationis cum fidelibus non propter infidelitatem, sed propter alia crimina, in quibus subiiciuntur principibus christianis, tametsi haec poena numquam sit fere⁷⁶ in usu.

ad fideles D 63 non apostatas) om.
K O G 64 non communicare) ne
communicent O 65 ita) iuxta haec
G 66 patet) constat D 67 etiam) om.
K O G 68 vel poena) om. K 69 sub-
veniri) provideri D O 70 suo regno)

suas regiones O 71 iurisdictionis)
om. K O G 72 sibi) om. G 73 item
id) idem etiam D 74 aliqua) alia K
75 ut - est) om. O G; dictum est)
om. K 76 fere) om. K O G 77 quaes-
tio tertia) quaeritur tertio K; om.

nl) ANTONINUS: Summa moralis 2.p. tit.12 c.3.

D f. 219 r
G p. 379

/Quaestio tertia⁷⁷: Utrum possint isti infideles non subditi privari dominio et iurisdictione christianorum⁷⁸.

Divus Thomas q. 10 art. 10.

Suppono primo hos infideles esse capaces domini et iurisdictionis, ut suo loco dicitur⁷⁹. Vide⁸⁰ SOTUM^{nm} in 4 De iustitia q. 2 et VICTORIA^{no} supra⁸¹ relectione De Indis, CONRADUM^{np} De contractibus p. 1 q. 7 et WALDENSEM^{nq} lib. 2 Doctrinalis fidei⁸² c. 81.

O f. 356 v / Suppono secundo dominio aliarum rerum praeterquam⁸³ hominum⁸⁴ non posse hos infideles privari neque etiam iurisdictione in suos infideles, ut ostendetur⁸⁵ in materia de bello⁸⁶. Hic ergo solum est dubium de dominio et iurisdictione⁸⁷ circa christianos.

Dico primo: Infideles hoc solo, quod infideles sunt, non sunt incapaces domini et iurisdictionis in christianos homines, sed possunt vel retinere hoc⁸⁸ vel etiam denuo acquirere.

Est conclusio⁸⁹ certa et communis: divus THOMAS [9-10] art. 10 et theologi in 2 d. 44 et 45, INNOCENTIUS et alii cononistae tenent⁹⁰ in cap. *Nisi cum pridem*. De re-

O 78 christianorum) in christianos O; quam habent in fideles G 79 ut - dicitur) om. K 80 vide) videte O G 81 supra) om. K O G 82 fidei) om. K D 83 praeterquam) praeter G 84

praeterquam hominum) exceptis hominibus D 85 ostendetur) ostendimus D; om. K 86 bello) legibus D 87 et iurisdictione) om. O 88 hoc) om. K G 89 conclusio) om. K O 90

nm) Dominicus SOTO: De iustitia et iure lib. 4 q.2 a.1 (ed. Salamanca 1553, 288).

no) Franciscus de VICTORIA: Relectio de Indis (Obras de Francisco de Victoria, ed. BAC, Madrid 1960, 655-56).

np) Conradus KÖLLIN: De contractibus p.1 q.17.

nq) WALDENSIS (Thomas Netter) Doctrinale antiquitatum fidei lib.2 c.81 (ed. Venezia 1571, 399-401).

nuntiatione^{nr} DRIEDO^{ns} lib. 3 De libertate christiana c. 9 sub finem, SONNIUS^{nt} tract. 5 Demonstrationum c. 21, ANTONINUS^{nu} 2 p. tit. 1 c. 15 et SOTO supra⁹¹ et NAVARRUS^{nv} c. 17 numero 10⁹² et Summistae communiter verbo *furtum*.

Et probatur primo: 1 Petr. 2[18]: *subditi estote non solum bonis, sed etiam discolis*⁹³, ad Eph. 6[5], ad Col. 3[22], 1 ad Tim. 6[9] et 3[1]: *quicumque sunt sub iugo servi* lect. 94 [1 Tim. 6,1] et clare loquitur de christianis servis infidelium et ad Rom. 13[1-7] quasi ex professo impugnat Paulus errorem contrarium, ut divus THOMAS advertit ibi, colligitur etiam⁹⁵ ex illo⁹⁶ Matth. 22[21]: *red-dite, quae sunt caesaris, caesari*⁹⁷.

Secundo: Hanc fuisse perpetuam Ecclesiae traditionem colligi potest ex verbo⁹⁸ Polycarpi martyris⁹⁹ apud EUSEBIUM^{nw} lib. 4 c. 15 /: *sic, inquit, instituti sumus, ut principibus et potestatibus a Deo ordinatis honorem debitum exhibeamus*¹, idem AUGUSTINUS^{nx} q. 35 Novi et Veteris Testamenti et 5 De civitate c. 27.

Tertio ratione: Quia certum est iure gentium hominem posse habere dominium et iurisdictionem in alium homi-

tenent) om. K D O 91 supra) om. K O 92 número 104) número 204 D 93 non - discolis) etc. K G; om. O 94 etc.) om. K O 95 etiam) om. K O

96 illo) om. K D G 97 caesari) om. D O 98 verbo) verbis D 99 martyris) om. K D 1 exhibeamus) praebeamus K; add. et colliguntur [?]

nr) Decretales Gregorii IX. lib.1 tit.9 c.10 (Corpus Iuris Canonici, ed. FRIEDBERG, II 107-12).

ns) Ioannes DRIEDO: De libertate christiana lib. 3 c.9 (Opera, Louvain 1553, tom. IV, f.106 B).

nt) Franciscus SONNIUS: Demonstrationes religionis christianae ex verbo Dei, tract.5 c.21 (revera: 10; Antwerpen 1557. f.124 r-v).

nu) ANTONINUS: Summa moralis 2.p. tit.1 c.15.

nv) Martinus de AZPILCUETA: Enchiridion sive manuale confessoriorum, Genova 1585, 271.

nw) EUSEBIUS: Hist. Eccl. lib.4 c.15 (PG 20, 351).

nx) AUGUSTINUS: Quaestiones Veteris et Novi Testamenti q.35 (PL 35, 2236); De civitate Dei lib.5 c.27 (PL 41,173), nihil refert ad rem).

nem; infideles autem non sunt incapaces huius domini et iurisdictionis, quia non fundatur in fide, fideles autem non sunt iure divino excepti, nullibi enim habetur tale ius

Confirmatur, quoniam alias hoc ipso, quod servus vel subditus infidelis vel provincia² converteretur ad fidem, maneret liber et infideles amitterent suos principatus et dominia, quod est et contra communem sensum / omnium fidelium et esset magnum obstaculum fidei, faceret enim illam valde odiosam³.

Contra conclusionem hanc refertur OSTIENSIS in cap. *Super his De voto*^{ny} / et ALBERUS⁴ PELAGIUS^{nz} prologo⁵ lib. 1 De Planctu Ecclesiae 13. cap., qui saltem post Christi advertum dicunt infideles esse privatos hoc iure ex illo Matth. 17[25]: *ergo liberi sunt filii* et est sermo de libertate a tributo solvendo, unde et ad Gal. 5[13] christiani dicuntur vocati in libertatem et 1 ad Cor. 6[1] reprehenduntur fideles, qui causas⁶ agebant apud iudicem infidelem.

Ratio esse potest, quia hoc pertinet ad dignitatem christianam, quae insinuat in cap. 1 De Iudaeis et lege ultima CODICE^{oa} De episcopis et clericis.

Haec sententia est error⁷ vel proxime accedit propter ea, quae adduximus⁸ nec supra⁹ illa Scripturae¹⁰ testimonia sunt ad rem; nam hic¹¹ Christus Dominus tantum loquitur de se ipso et ut plurimum extendi potest ille locus¹² ad personas ecclesiasticas, ut alibi¹³ dicitur¹⁴, Paulus vero

principes infideles D 2 vel provincia) *om.* K D O 3 faceret - odiosam) *om.* K O G 4 Alberus) Alverus O 5 prologo) *om.* D 6 causas) causam K D 7 error) erronea D 8

ea - adduximus) dicta supra G; adduximus) diximus K 9 supra) *om.* K D O 10 Scripturae) *om.* K O G 11 hic) *om.* D O G 12 is locus) *om.* K G 13 alibi) suo loco G 14 dicitur)

ny) Decretales Gregorii IX. lib.3 tit.34 c.8 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 593-94).

nz) Alvarus PELAGIUS: De planctu Ecclesiae libri duo, Venezia 1560, f.3 v.

oa) CODEX IUSTINIANUS I 3, 57 (CORPUS IURIS CIVILIS, ed. KRÜGER, II, 1905, 38-39.

in priori loco¹⁵ tantum loquitur de libertate a peccato et a iugo legis antiquae et servilis timoris, ut alias ex AUGUSTINO diximus¹⁶. In secundo vero¹⁷ loco reprehendit christianos, qui cum possint adire iudicem christianum¹⁸ ad-eunt¹⁹ infidelem, non quia sit intrinsece malum, ipse enim appellavit ad caesarem. Act. 25[11], sed quia est indecens et periculosum.

Ad congruentiam respondetur²⁰ nihil urgere, quia mul-to magis expediebat, ut ius gentium et naturae integrum maneret et non violaretur per se²¹ et ut²² non daretur scandalum infidelibus neque occasiones iniusti belli²³.

O f. 357 v /Dico secundo: Non potest Ecclesia directe et^{23a} per se²⁴ privare hos principes infideles iurisdictione et do-minio, quod iuste habent in christianos.

Ita tenent plures ex doctoribus²⁵ citatis et DURANDUS^{ob} in 2 d. 44 q. 3, SILVESTER^{oc} verbo *infidelis* q. 7 et plane²⁶ sequitur ex praecedenti, quia isti infideles iure divino non privantur hac potestate²⁸ et Ecclesia nullam potestatem coactivam²⁹ habet in illos, ut iam³⁰ dictum est.

Secundo: si possent privari, vel hoc esset in poenam vel quia non sunt vere³¹ domini et uterque titulus est iniustus et falsus³², neque alius verisimilis fingi potest.

dicemus D; om. K 15 in - loco) in primo D; om. G 16 ut - diximus) om. K 17 vero) om. K 18 christia-num) fidelem O 19 adeunt) accedunt K; adeant O 20 repondetur) dico K 21 et non - se) om. K O G 22 ut) om. K O 23 bellij) add. Tenz den kteryz gest bil 12 dwa nastij miesicze prasintze letha 1583/ w kteryz gest geho svatost papezka utzinila/ dewa-tenaste kardinalu. Papez gest / bil Rzehorz 13. tehoz gmena. Hic tex-

tus, in lingua bohémica conscriptus, sic interpretatur: Eodem dei, qui fuit 12 mensis decembris anni 1583, quo Sua Sanctitas Papa nominavit 19 cardinales. Papa Gregorius XIII huius nominis. O 23a directe et) po- testate directa D 24 et - se) om. K O 25 doctoribus) om. K 26 plane) om. K O 27 praecedenti) praecedentibus K 28 hac potestate) hoc dono D 29 coactivam) iurisdictionis D 30 iam) om. K O 31 vere) veri O 32 et fal-

ob) DURANDUS a Sancto Porciano: In IV sent. libros quaestionum plurimarum resolutiones, Paris 1508, f.232 v - 233 v.

oc) Silvester PRIERIAS: Summa summarum, ed Antwerpen 1579, tom. II, 30.

Tertio: coniux infidelis teste Paulo³³ non potest directe privari potestate in coniugem fidelem, si velit per se³⁴ perseverare absque iniuria creatoris, ergo similiter³⁵.

Quarto a simili³⁶: si princeps idolatra haberet subditos lege naturali colentes unum³⁷ Deum, non posset privari sua potestate ab alio principe colente unum Deum stando in lege naturae, ergo similiter in proposito³⁸. Nam est proportionalis ratio³⁹; nam si talis potestas esset in Ecclesia⁴⁰, colligenda esset ex naturali aliqua consequentia et ratione, nam specilis concessio nulla est.

Contrarium huic conclusioni⁴¹ sentire videtur divus THOMAS [2.2. q.10 a.10], qui dicit posse Ecclesiam subtrahere fideles / a iurisdictione infidelium hoc solo⁴² titulo, quod infideles sunt⁴³, qui titulus plane indicat loqui de directa potestate⁴⁴, unde subdit Ecclesiam⁴⁵ saepe non uti hac potestate, ne sequantur scandala⁴⁶ et dicit etiam⁴⁷ hanc potestatem esse publicam, non privatam, quae omnia convenire videntur in directam potestatem et non tantum in indirectam.

Confirmatur ratione⁴⁸, quia licet Ecclesia non habeat directam potestatem in principes infideles, habet tamen in subditos fideles et hac ratione potest directe circa illos efficere, quidquid ad bonum animarum illorum necessarium est, Nihilominus⁴⁹ conclusio posita⁵⁰ vera est et ut explicetur, dico tertio⁵¹.

sus) om. K O G 33 teste Paulo) om. O 34 per se) om. K O G 35 similiter) om. K O 36 a simili) om. K D 37 unum) unicum D; verum G 38 similiter - proposito) hic K 39 proportionalis ratio) proportio O; eadem proportio G 40 esset in Ecclesia) danda esset Ecclesiae D 41 huic conclusioni) om. K O G 42 solo) om.

K O 43 sunt) sint G 44) loqui - potestate) potestatem directam K 45 Ecclesiam) add. interdum et K 46 ne - scandala) timore scandali K O 47 etiam) om. K 48 confirmatur ratione) confirmo rationem K; ratione) om. O 49 nihilominus) sed O 50 posita) mea [nostra?] K 51 dico tertio) om. D 52 potest) posset D O

Dico tertio: Ecclesia habet quamdam indirectam potestatem ad privandum infideles hoc dominio et iurisdictione in christianos, qua uti potest⁵² fere semper⁵³ moraliter, nisi scandala vel maiora mala timeantur⁵⁴.

Ostenditur primo⁵⁵: si isti infideles abuntantur sua potestate vel dominio cogendo vel quovis modo inducendo fideles ad infidelitatem aut illos / tali periculo constituendo. Nam tunc ipsi christiani habent naturale ius se defendendi vel fugiendo vel quacumque ratione possint⁵⁶, nam si possunt defendere vitam corporis, multo magis animae, quod verum est, etiamsi iustissimo titulo vel contractu⁵⁷ sint subditi etiam iuramento firmato⁵⁸. Nam haec omnia intelliguntur semper salvo Dei honore / et fidei et propriae animae salute⁵⁹, ergo in eo casu⁶⁰ potest Ecclesia iustissime adiuvere istos christianos et iuvare^{60a} tuendo illos⁶¹.

Confirmatur ex illo simili: Nam hac ratione potest etiam coniux fidelis privare virum⁶² infidelem suo iure, scilicet⁶³ illo iure⁶⁴ abutatur.

Secundo huic conditioni⁶⁵ addendum propterea⁶⁶ est hoc incommodum christianorum subditorum infidelibus moraliter semper accidere, illud enim est morale periculum quod frequentius accidit; videmus autem experientia subditos facile inclinari in eam sectam vel⁶⁷ religionem, quam principes amplectuntur. / Praeterea praeter hoc periculum est aliud etiam frequens, et⁶⁸ commune⁶⁹ aliorum peccatorum contra legem naturalem. Deinde sunt alia multa damna et incommoda contraria et paci reipublicae / et consequenter animarum saluti, quia ubi principes non sunt fideles, semper excitantur aemulationes et seditiones fal-

53 fere semper) frequenter 54 timeantur) timerentur O G 55 primo) om. K 56 quacumque - possint) alia quavis ratione K 57 vel contractu) om. K 58 firmato) om. K O 59 salute) om. K O 60 in casu) tunc K G 60a iuvare) liberare D 61 iu-

vare tuendo) tueri O G; tuendo) om. K 62 virum) om. K D G 63 scilicet) om. K O G 64 iure) om. K D G 65 huic conditioni) om. K O G 66 propterea) om. K O 67 sectam vel) om. K O O 68 etiam frequens et) om. G 69 et commune) om. K O

sorum ministrorum deorum contra catholicos, habet autem Ecclesia ius in his⁷¹ omnibus defendendi suos fideles, quod ius multo est maius, quam ius temporalis principatus.

Praeterea ultimo potest hoc explicari et confirmari aliter⁷², quia Pontifex habet ius⁷³ ad regendum omnes fideles spiritualiter et indirecte habet ius in omnes principes temporales, ne ius suum / spirituale impediatur, ut in materia de legibus⁷⁴ ostendimus⁷⁵. Cum autem principes sunt infideles, numquam moraliter loquendo permittunt suos christianos subditos regi et gubernari a Pontifice et in spiritualibus et in temporalibus, prout ad spiritualia necessaria sunt, ergo hoc titulo possunt uti sua potestate etc. et⁷⁶ quia haec omnia moraliter fere semper eveniunt, ubi est infidelitas, ideo divus THOMAS moraliter etiam⁷⁷ loquens solum titulum infidelitatis allegavit, ex quo intelligitur etiam⁷⁸ verissimum esse hanc potestatem per se loquendo⁷⁹ esse in Pontifice et non privatam.

Sed ut hoc et praxis huius conclusionis⁸⁰ melius intelligatur, advertendum est: si loquamur de dominio / et servitute propria, facilius rem expediri. Nam, ut dicunt iuristae, servitus odiosa est et multis de causis facile⁸¹ dissolvi potest. Vide⁸² SILVESTRUM⁸³ od verbo *servitus* q.5. Haec igitur servitus communiter contrahitur iure belli, homines autem capti in bello, licet teneantur oboedire dominis, quamdiu capti et servi sint⁸⁴ et vi non possint⁸⁵ cogere dominos ad libertatem recuperandam, tamen, et ego opinor, semper possunt⁸⁶ fugere, ut dicam latius^{86a} in

70 scilicet) om. D O G 71 his) om. K D 72 et - aliter) om. K O G 73 ius) add. temporalis principatus G 74 in legibus) infra O 75 ostendimus) diximus O; ostendatur G 76 uti - et) om. K D G 77 etiam) om. K D 78 etiam) om. K 79 per - lo-

quando) om. K O G 80 et - conclusionis) om. K O G 81 facile) om. K D 82 vide) videte G 83 vide Silvestrum) Silvester O 84 capti - sint) serviunt K; sint) sunt O 85 possint) possunt K O 86 possunt licet O 86a latius) om. G 87 ut - bello) om. K O;

materia de bello⁸⁷, unde constat hoc licere christianis, qui sunt servi isto titulo, tamen potestas Ecclesiae publica⁸⁸
 D f. 22 v praeter hoc habet /, quod possit⁸⁹ hoc⁹⁰ praecipere christianis servis, ut voluntarie non maneant in tali servitute, sed quacumque ratione possint⁹¹, evadant. Deinde si servitus sit contracta hoc titulo, quo iam non liceat servo
 O p. 383 fugere, ut si se venundedit⁹², poterit nihilominus⁹³ / Ecclesia ferre generalem legem, si ita expediat bono communi, ut omnes christiani se liberent ab hac servitute, quacumque ratione possunt et tunc obligabit lex omnes in particulari, licet finis eius cesset fortasse in illo particulari, quia non cessat obligatio, poterit etiam tunc⁹⁴ cogere dominos infideles, ut eam libertatem concedant, sed prius, si fieri posset⁹⁵, solvendum esset illis condignum pretium, si habent iustum titulum, quia non est, cur illo priventur, cum necessarium id⁹⁶ non sit ad salutem christianorum.

Si vero loquimur de iurisdictione, duobus modis possunt fideles ab illa liberari:

Uno modo⁹⁷ mutando domicilium et transeundo ad regiones christianorum principum⁹⁸ et hoc licet etiam auctoritate⁹⁹ propria¹ privata, imo si impedirentur, possent se defendere, quia ius manendi in tali republica non est ita strictum, quin possit aliquis illi renuntiare et alio emigrare², maxime ob maius vel quasi³ necessarium⁴ scilicet⁵ animae.

D f. 223 r / Alius modus est ut ipsi fideles⁶ maneant in suis provinciis et^{6a} domibus⁷ et principes infideles priventur et hoc difficilius est et durius⁸, unde in individuo et⁹ parti-

bello) legibus D 88 Ecclesiae publica) Pontificis K O 89 posit) potest K O 90 hoc) om. K D 91 possint) possunt K O 92 venundedit) O 93 nihilominus) in his omnibus O 94 tunc) om. K G 95 si - posset) om. O 96 necessarium id) om. O 97 uno modo) primo O 98 transeundo - principium) om. O; regiones - principum)

christianos K; regionem christianorum G 99 auctoritate) potestate K 1 propria) om. K O G 2 et - emigrare) om. K 3 quasi) ipsi D 4 vel necessarium) om. K O 5 scilicet) om. D O G 6 fideles) om. K D G 6a provinciis et) om. O G 7 et domibus) om. K 8 et durius) om. G; durius) 13 in - partibus) om. K O G

culari¹⁰ numquam hoc¹¹ est efficiendum¹², nisi praecedant manifestae iniuriae; oporteret etiam numerum christianorum esse maximum in huiusmodi partibus, quia si sunt pauci, facilius ipsi possunt transmigrare, quapropter O f. 359 r in particulari¹⁴ hoc semper / pendet ex prudentia. Et est conclusio de subditis¹⁵.

Dico quarto: Principes christiani non solum indirecte, sed etiam directe possunt hos¹⁶ infideles sibi subditos privare omni dominio et iurisdictione¹⁷ in christianos.

Est conclusio¹⁸ divi THOMAE et communis¹⁹.

Et probatur primo ex usu Ecclesiae Extra de Iudaeis cap. *Iudaei* secundo^{oe} et aliis²⁰ et dist. 54^{of} habentur²¹ multa capitula²² de hac re²³ et in Concilio TOLETANO TERTIO^{og} c.14, TOLETANO QUARTO^{oh} c.64, habetur cap. *Constituit* 17 q.4^{oi} item in concilio MATISCONENSI PRIMO^{ok} c.13, item GREGORIUS^{ol} lib.2 ep.35 et lib.5 ep.31.

Rationem hanc reddit divus THOMAS, quia Iudaei, inquit, sunt servi Ecclesiae, quam etiam habent Pontifices in cap. *Etsi Iudaeos* De Iudaeos^{om} ubi OSTIENSIS illam^{23a}

14 in particulari) om. O 15 et est - subditis) om. K O G 16)hos) om. K D G 17 et iurisdictione) om. K D 18 conclusio) om. K D O 19 et com-

munis) om. K O 20 et aliis) om. G 21 habentur) sunt K G; per O 22 capitula) iura D 23 de - re) om. K O 23a illam) eam K; om. D O 24 ri-

oe) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.6 c.5 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 773).

of) Decretum Gratiani I d.54 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 206-14).

og) TOLETANUM III. (a.589) c.14 (MANSI 9, 996).

oh) TOLETANUM IV. (a.633) c.64 (c.65; MANSI 10, 635).

oi) Decretum Gratiani II causa 17 q.4 c.31 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 823).

ok) MATISCONENSE I. (a.582) c.13 (MANSI 10, 934).

ol) GREGORIUS: Registrum lib.2 ep.35 (lib.3 ep.35; PL 77,631; nihil refert ad rem); lib.5 ep.31 (lib.6 ep.32; PL 77, 324).

om) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.6 c.13 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 775-76).

interpretatur de servitute rigurosa²⁴ ut mancipia,²⁵ sed non recte, nam verius est, ut notavit²⁶ Soro^{on} in 4 d.5 art.10, Iudaeos non esse servos²⁷ ut mancipia, sed ut sub-
D f. 223 v diti²⁸ tributarii, / ut loquitur²⁹ AUGUSTINUS^{op} Ps.57 et 58.

Et ratio est, quia nullo titulo habetur illa³⁰ servitus, quia ius belli, quem gesserunt cum Romanis fecit illos tributarios, non mancipia, alias possent vendi et ad libitum privari omnibus bonis, quod est contra mentem³¹ Ecclesiae et deinde illa ratio sic explicata³² non esset communis omnibus infidelibus, cum tamen illud ius omnibus³³ commune sit, ut patet ex multis iuribus citatis et ex lege unica CODICE De christiano mancipio^{34oq} intelligitur ergo ratio
G p. 384 de servitute / et libertate³⁵ politica, ut etiam³⁶ divus THOMAS art.12 ad 3 et 3. p. q. 68 art.10 ad 2 exponit et hoc satis est, ut leges sint iustae et³⁷ ad dictam potestatem:

Primo, quia principes christiani³⁸ vel³⁹ Ecclesia potest imponere hoc onus infidelibus tamquam iustum tributum.

Secundo, quia lex, qua id praecipitur, est moraliter necessaria ad pacem et tranquillitatem reipublicae et ad
K f. 21 r maius bonum praecipuorum membrorum eius⁴⁰, / item⁴¹ etiam⁴² ad tollendas pravas occasiones contemnendi nostram religionem etc.⁴³, quas rationes reddunt⁴⁴ dicta⁴⁵ iura. Rursus illa lex lata est ab habente legitimam potestatem, ergo obligat omnes subditos, ergo et infideles subditos, ergo possunt cogi, ut illam⁴⁶ servent.

gorosa) poprie dicta D 25 ut mancipia) om. K D G 26 notavit) om. K O 27 esse servos) om. O; servos) subditos G 28 subditi) om. G 29 loquitur) om. K D O 30 habetur illa) nititur ista K 31 mentem) sensum G 32 explicata) exposita K D 33 omnibus) om. K D G 34 de - manci-

pio) ne christianum mancipium K O 35 et libertate) om. K O G 36 etiam) om. K O 37 ut - et) om. O K G 38 christiani) om. K O G 39 princeps - vel) om. O G 40 eius) om. K D 41 item) om. K 42 etiam) om. D G 43 pravas - etc.) om. K; etc.) om. D O 44 reddunt) dant O 45

on) Dominicus Soro: In 4 d.5 a.10 (ed. Salamanca 1557, 312 B).

op) AUGUSTINUS: En. in P.57 (7; n.15; PL 35, 684); En. in Ps. 58 (12; n.21; PL 35, 705).

oq) CODEX IUSTINIANUS I 10 (CORPUS IURIS CIVILIS, ed. P. KRÜGER, II, 905, 62).

Tertio, quia princeps reipublicae⁴⁷ potest aliquos subditos privare privato⁴⁸ dominio suarum⁴⁹ rerum, si id expediat / ad commune bonum et pacem⁵⁰, ergo etc.⁵¹

Sed sunt nonnulla advertenda⁵²:

O f. 359 v Primo hanc potestatem per se primo⁵³ / esse in illo principe, cui tales⁵⁴ infideles sunt subditi, quia haec subiectio, cum temporalis sit⁵⁵, non est in toto corpore Ecclesiae, dicta⁵⁶ autem potestas fundatur in⁵⁷ hac subiectione, quapropter⁵⁸ ille solus princeps, qui ita est superior, per se loquendo⁵⁹ potest uti directe⁶⁰ hac potestate, tamen reductione quadam et⁶¹ indirecte potest etiam⁶² summus Pontifex, quatenus ipse potest propter bonum commune et⁶³ Ecclesiae praecipere ipsis regibus christianis, ut in suis regnis id observent et⁶⁴ faciant, quodsi non oboediant, potest illos poenis et censuris cogere et tandem potest ipse per se immediate ferre illam legem, quae obligat omnes, qui licet non sit dominus universalis in temporalibus⁶⁵, habet tamen potestatem in temporalia⁶⁶ in ordine⁶⁷ ad spiritualia et hoc satis est.

Secundo advertendum est aliud esse loqui de dominio et iurisdictione, aliud de solo tributo, nam conclusio et iura citata procedunt de dominio et iurisdictione⁶⁸, tamen de tributo non ita facile est verificanda⁶⁹ conclusio. Nam si aliquis dux⁷⁰ aut⁷¹ princeps infidelis subditus regi christiano habet ius, ut talis christianorum civitas tale sibi solvat tributum, non est sine causa illo iure privandus, quia

D f. 224 v illud non est habere potestatem / directam in personas

dicta) om. K 46 illam) om. K D 47 reipublicae) om. K O 48 privato) om. K G 49 suarum) aliquarum K O 50 et pacem) om. K O G 51 ergo etc.) om. K D O 52 sed - advertenda) nota O; sunt - advertenda) advertendum G 53 primo) om. K D G 54 tales) illi O 55 cum sit) om. O 56 dicta) illa K 57 fundatur in) sequitur ex K 58 quapropter) quare K O 59 per - loquendo)

om. K O; loquendo) om. G 60 directe) om. K D O 61 et) om. K D G 62 etiam) om. O G 63 et) om. D G 64 observent et) om. O 65 in temporalibus) temporalium K D 66 temporalia) temporalibus G 67 in - ordine) quatenus referuntur K 68 et iurisdictione) iurisdictionis K D 69 est verificanda) verificatur O G; verificanda) vera K 70 dux) dicat v. g. D 71 aliquis - aut) om. G 72

christianorum, sed in⁷² res⁷³ neque illud^{73a} cadit in iniuriam religionis vel christianorum⁷⁴ ut sic⁷⁵ et ideo secluso alio periculo⁷⁶ non potest id⁷⁷ fieri.

Advertendum est ultimo⁷⁸ ratione⁷⁹ huius conclusionis et⁸⁰ veritatis^{80a} statutum iam⁸¹ esse ab Ecclesia, ut quicumque servus Iudaei aut saraceni convertatur ad fide⁸², hoc ipso sit⁸³ maneat liber, nisi sit emptus ad mercaturam⁸⁴, nam tunc intra tres menses tenetur dominus illum vendere⁸⁵ alteri⁸⁶ christiano, alias perdit dominium, habentur multa de hoc⁸⁷ in⁸⁸ dist.54^{or} et Extra De Iudaeis^{os} et lege *Ac At Hac valitura CODICE De Iudaeis*^{ot} et lege *Deo nobis* § ultimo CODICE De episcopis et clericis^{ou}

G p. 385

/ Quaestio quarta⁸⁹: Utrum⁹⁰ Ecclesia possit haereticos et apostatas⁹¹ punire.

Suppono in hac et sequentibus quaestionibus nomine haereticorum intelligi omnes infideles apostatas, nam omnibus sunt communia, quae dicemus sicut et quae hactenus diximus, communia / sunt haereticis non baptizatis, quia frequentius apostatae a fide transeunt ad haeresim et e contra fere omnes haeretici sunt apostatae saltem⁹² a baptismo, ideo communiter⁹³ auctores nomine haeretico-

sed - res) om. O O 73 illud om. O G
74 nec - christianorum) om. K; religio-
nis - christianorum) om. O 75 ut sic)
om. K O G 76 secluso - periculo)
seclusa alia ratione K 77 id) om. K
O G 78 est ultimo) tertio K O; *add.*
in marg. Lectio O 79 ratione) vi O
80 conclusionis et) om. K G 80a et

veritatis) om. O 81 iam) om. K D O
82 convertatur fidem) om. K 83 sit)
maneat K 84 mercaturam) mercatum
O 85 vendere) prodere O 86 alteri)
om. K D O 87 de hoc) om. K G 88
multa - in) vide O 89 quaestio quar-
ta) quaeritur quarto K 90 Utrum)
An K 91 et apostatas) om. K O 92

or) cfr. supra of

os) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.6 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 771-78).

ot) CODEX IUSTINIANUS I 8 (CORPUS IURIS CIVILIS, ed. P. KRÜGER, II, 1905, 61-62): Caput citatum in dicto titulo non invenitur; sed videas I 12, 61, Praesenti lege decernimus per omnia loca valitura; ed. KRÜGER 66).

ou) CODEX IUSTINIANUS I 3,54 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. P. KRÜGER, II, 1905, 37).

rum in his quaestionibus utuntur, quorum more nobis loquendum est.

D 227 r / Suppono secundo haereticum esse posse vel pure mentalem vel qui etiam⁹⁴ in exteriorem actum prodiit. De pure exteriori nunc non loquimur usque ad disputationem sequentem.

Iam⁹⁵ dico primo: Haereticus solum⁹⁶ interior et⁹⁷ mentalis non potest ab Ecclesiae puniri.

Est communis; non est certa, sed solum⁹⁸ probabilis¹ summistae verbo *haeresis*, CAIETANUS^{ov} ANGELUS,^{ow} SILVESTER^{ox} divus ANTONINUS^{oy} 3.p. tit.24 c.4, NAVARRUS^{oz} c. 27 numero 56 et DRIEDO^{pa} lib.3 De libertate christiana c.5 sub finem, CASTRO^{pb} 2 De iusta haereticorum punitione 18.cap.

Fundamentum est generale, quia Ecclesia non habet iurisdictionem in actus mere interiores, praecipue iurisdictionem pertinentem ad forum pure³ externum et potestatem pure vindicativam, quod fundamentum sumitur ex multis capitulis, in quibus dicitur Ecclesiam⁴ non iudicare

saltem) *om.* O 93 communiter) *om.*
O 94 etiam) *om.* K O G 95 iam)
om. K D O 96 solum) tantum G 97
interior et) *om.* K O G 98 solum)

om. O 1 est · probabilis) et communis
conterent communiter G; non-probabilis) *om.* K 2 Paludanum) *om.*
K O 3 pure) *om.* K D O 4 dicitur

ov) CAIETANUS: Summula peccatorum, 1526, 286-87.

ow) ANGELUS (Carleti): Summa angelica de casibus conscientiae, Strassburg 1513, f.125 A.

ox) Silvester PRIERIAS: Summa summarum, ed. Antwerpen 1579, tom. I, 134 A.

oy) ANTONINUS: Summa moralis 3.p. tit.24 c.4.

oz) Martinus de AFFILCUETA: Enchiridion sive manuale confessoriorum, Genova 1585, 612.

pa) Ioannes DRIEDO: De libertate chistiana lib.3 c.5 (Opera, Louvain 1553, tom. IV, 92b).

pb) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.2 c.18 (Opera, Paris 1571, col. 1339).

de occultis, quae intelligenda sunt maxime⁵ de occultis⁶ per se, ut⁷ sunt interiora, habetur hoc principium⁸ cap. *Tua nos* et *Sicut*⁹ secundo De simonia^{pc} et cap. *Erubescant* d.32^{pd} et lege Cogitationis DIGESTIS De poenis^{pe} quae refertur De poenitentia dist. 1 cap. *Cogitationis* et cap. *Cogitatio*^{pf}

D f. 225 v Ratio huius¹⁰ principii est, quia iudicium / humanum esse debet tantum¹¹ de his, quae humano modo cognosci possunt iuxta illud Pauli I ad Cor.4 [5]: *nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui manifestabit*¹² *profunda cordium*¹³. Sed cogitationes interiores per se¹⁴ non possunt ab Ecclesia cognosci aut¹⁵ probari.

Contra hanc conclusionem¹⁶ tenuerunt GLOSSA in Clementina prima § *Verum* De haereticis^{ph} quae refert alias glossas et^{16a} alia¹⁷ iura et doctores. Consentit ADRIANUS^{pi} Quodlibeto 8, SUMMA ROSELLA^{pk} verbo *haeresis* et ALBERTUS FIGHIUS^{pl} lib.6 De Ecclesiastica hierarchia c.16, MEDINA^{pm} Codice De poenitentia tract. De oratione.

Ecclesiam) Ecclesia dicitur G 5 maxime) om. K O G 6 de occultis) om. O 7 ut) cuiusmodi G 8 hoc principium) om. K O G 9 sicut) om. G 10 huius) huiusmodi D 11 tan-

tum) om. K O G 12 manifestabit) manifestavit G 13 quodusque - cordium) om. O; cordium) cordis K 14 per se) om. K O 15 cognosci aut) om. G 16 hanc conclusionem) om. K

- pc) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.3 c.34 ("Tua nos"); c.33 ("Sicut"); CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 120).
- pd) Decretum Gratiani I d.32 c.11 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 120).
- pe) DIGESTA tit. 48, 19, 18 (CORPUS IURIS CIVILIS, ed. P. KRÜGER, I, 1922, 867).
- pf) Decretum Gratiani II causa 33 q.3 c.14 ("Cogitationis"); c.20 ("Cogitatio"); CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 1161; 1163).
- ph) Clementina lib.5 tit.3 c.1 § 4 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 1182).
- pi) HADRIANUS VI.: Quodlibeticae quaestiones, Paris 1527, f.50 r.
- pk) BAPTISTA de Salis (Trovamala): Summa Rosella de casibus conscientiae, Stassburg, 1506, f. 110 v.
- pl) Albertus FIGHIUS: Hierarchiae ecclesiasticae assertatio, ed. Köln 1551, f.334 A.
- pm) Ioannes MEDINA: De poenitentia, restitutione et contractibus, Ingolstadt 1581, 387.

G p. 386 Habet haec sen / tentia¹⁸ fundamentum commune¹⁹ et
 K f. 21 v praeterea²⁰ quaedam propria: Generale est, quia Ecclesia
 saepe / exercet iurisdictionem in actus²¹ interiores, nam
 absolvit peccata mere²² interiora et per indulgentias re-
 mittit poenas illis debitas, dispensat vota etiam mentalia²³,
 O f. 360 v praecipit actus interiores et attentionem orationis²⁴, pro-
 hibet odium internum²⁵, sed de hoc fundamento dicendum
 est nobis latius in materia de legibus²⁶. Nunc solum dico
 breviter²⁷ loqui nos de potestate coerciva / et punitiva ex-
 terius; nam de directiva, ad quam multa, ex dictis perti-
 nent, alia est quaestio et fortasse non repugnat aliquid
 posse ab Ecclesia praecipi, cuius defectus non potest puniri.

 Addo secundo dupliciter intelligi posse actum interio-
 D f. 226 r rem / cadere in iurisdictionem Ecclesiae:

 Uno modo²⁷ directe et per se et hoc negavimus.

 Alio modo²⁸ indirecte et ratione actus exterioris²⁹ et
 hoc solum³⁰ modo fieri posse probant exempla³¹ facta³²,
 non enim dispensat Ecclesia vota neque absolvit interiora
 peccata, nisi prius per exteriorem actum subiiciantur suis
 clavibus et hanc ipsam subiiectionem et manifestationem³³
 non praecipit per se Ecclesia, nisi quatenus aliquo modo
 divino iure praecepta est.

 Ratio vero differentiae inter hos modos est, quia
 quando³⁴ iurisdictionis cadit per se³⁵ immediate in interio-
 rem³⁶ actum, ille per se^{36a} solus est materia sufficiens talis
 iurisdictionis³⁷, quando vero cadit tantum indirecte, non

O 16a alias glossas et) om. K O G
 17 alia) alios K D 18 haec sententia)
 om. D O 19 commune) add. contra-
 rium G; generalia D 20 praeterea)
 om. O 21 actus) om. K 22 mere)
 om. K 23 vota mentalia) votum in-
 ternum K; votum etiam mentale O
 24 et - orationis) scilicet orare devote
 K; ut actum orationis O 25 prohi-
 bet internum) om. K O 26 hoc - le-

gibus) his alibi K 27 breviter) om.
 K 27 uno modo) primo O 28 alio
 modo) secundo K 29 exterioris) in-
 terioris K; corr. ex interioris D 30
 solum) om. O 31 exempla) argu-
 menta D 32 facta adducta G 33 et
 manifestationem) om. K O 34 quan-
 do) om. K G 35 per se) om. K 36
 interiorum) exteriorum D 37 talis
 iurisdictionis) ad talem iurisdictionem

ille per se, sed exterior ut ab illo informatus moraliter est materia iurisdictionis.

Fundamentum proprium huius³⁸ est, quia multa iura puniunt non solum profitentes aut³⁹ confitentes haeresim⁴⁰, sed credentes, quod spectat ad merum actum interiorum, sic habetur cap. unico § *Omne*. De scismaticis in Sexto³⁹ et concilium TOLETANUM PRIMUM⁴⁰ dicit: *qui dixerit vel crediderit* et MEDINA similia adfert⁴¹ supra.

Confirmatur: nam si quis haereticus pure interior interrogatus a iudice, an aliqua⁴² ita crediderit, simpliciter fateatur credidisse interius⁴³, sed nunquam in exteriorum actum transisse⁴⁴, puniretur talis et iuste⁴⁵, ergo.

D f. 226 v / Confirmatur secundo: nam haeresis interior reser /
G p. 387 vatur ab Ecclesia, ergo etiam potest puniri⁴⁶.

Ad iura respondeo intelligendum esse illud verbum *qui crediderit* in foro Ecclesiae, id est profitendo fidem suam aliquo signo et in illo concilio Toletano vel illa duo verba usurpantur tamquam synonyma vel illa distinctio habere debet vim copulativam. Nam saepe etiam dicit concilium *si quis dixerit atque crediderit* vel certe id / dicit ad explicandum poenam illam non solum pertinere ad eos, qui credunt et docent haereses, sed etiam ad eos, qui sibi tantum credunt in foro tamen Ecclesiae

Ad confirmationem primam primo, si admittamus⁴⁷, nego illum⁴⁸ ea sola⁴⁹ ratione iuste puniri, nisi ex aliqua

nem O; dandi talem iurisdictionem D 38 huius) om. K O G 39 profitentes aut) om. G 40 haeresim) om. K D O 41 adfert) notat O; citat G 42 aliqua) aliquam rem K aliquid O

43 interius) om. K G 44 in - transisse) exterius ostendisse O; transisse) prodidisse G 45 et iuste) om. D 46 potest puniri) etc. K 47 si - admittamus) om. K O G 48 illum) om. K

pn) Liber Sextus lib.5 tit.3 c.1 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 1079).
po) TOLETANUM I. (a.400): post symbolum I (MANSI 3, 1003).

praesumptione vel certe, si ⁵⁰ interrogatus dicat se aliquando ita ⁵¹ credidisse et perseverare in ea fide, nam tunc incipit esse exterior haereticus.

Ad secundam confirmationem primo: non est similis ratio, nam reservatio casuum non fit per iurisdictionem immediatam in actum interiorem, sed per potestatem dandi iurisdictionem, ampliandi vel limitandi, quod potest fieri pro arbitrio dantis ⁵².

Secundo tamen negatur antecedens cum CAIETANO hic q.11 art.3, qui dicit in bulla Coenae solum reservari haeresim / ratione censurae annexae, quae tamen non comprehendit haereticum mentalem et extra illam bullam non reperitur talis reservatio, magna tamen cautela adhibenda est in absolvendo ab haeresi interiori, quia moraliter vix separatur ex exteriori.

Iam⁵³ dico secundo: Haereticus exterior potest ab Ecclesia puniri.

Est certa ⁵⁴ de fide, eam late probant auctores citati et ⁵⁵ ECKIUS ^{pq} in Enchiridio c.27 et constabit ex sequentibus quaestionibus ⁵⁶.

Nunc breviter ⁵⁷ probatur ⁵⁸, quia Ecclesia habet iurisdictionem ⁵⁹ ad punienda delicta suorum membrorum. Est enim haec iurisdictio omnino necessaria ad conservationem et gubernationem bonam ⁶⁰ cuiuscumque bonae ⁶¹ reipublicae, sed peccatum haeresis est gravissimum et maxime perturbat Ecclesiam, unde *Gregorius Nazianzenus* ^{pr} oratione

D O 49 sola) om. K 50 si) om. D O
51 aliquando ita) om. K 52 ampliandi - dantis) et quae potest ampliari pro arbitrio dantis et limitari K 53 iam) om. K D O 54 certa) om. O

55 et om. K O G 58 sequentibus quaestionibus) dicendis infra O 57 nunc breviter) om. K O 58 probatur) add. primo K; patet D 59 iurisdictionem) ius K G 60 et - bonam)

pq) Ioannes ECKIUS: Enchiridion c.27 (c.26; ed. Venezia 1532, 76-79).

pr) GREGORIUS NAZIANZENUS: Or.10 (15; Opera; Basel 1550, 130).

10, quae est prima de reconciliatione monachorum: *nihil, inquit, tam fortiter concordiam conciliat inter eos, quibus Dei negotia cordi sunt, quam consonantia de Deo et nihil magis ad discordiam facit dissonantia de illo*⁶².

Dices peccatum haeresis esse quidem gravissimum, sed
G p. 388 non esse membri Ecclesiae, nam haereticus / foris est et de his qui foris sunt, nihil ad vos⁶³ 1 Cor. 5[12].

D f. 227 v / Sed contra: Nam Ecclesia habet ius in eum hominem, antequam fiat⁶⁴ haereticus et propter⁶⁵ haeresim eius⁶⁶ non perdidit suam iurisdictionem. Nam licet amittat substantiam membri et formam, qua membrum constituitur⁶⁷, non potest privare Ecclesiam / iure suo, nulla enim respublica privatur iurisdictione in subditum propter crimen⁶⁸ et iniuriam⁶⁹ illius vel quia conatur esse transfuga ad alienam rempublicam cum iniuria prioris. Unde licet haereticus sit extra Ecclesiam quoad vitam spiritualem et omnes motus vitae spiritualis⁷⁰, tamen quoad obligationem et⁷¹ subiectionem⁷² manet subditus Ecclesiae ratione characteris.

Confirmatur⁷³ primo⁷⁴: Quia, si haec potestas Ecclesiae deesset, vix se posset commode tueri, nam possent impune fieri⁷⁵ innumera delicta et divisiones⁷⁶ in Ecclesia, esset ergo valde imperfecte instituta.

Confirmatur tandem⁷⁷ usu et sensu⁷⁸ omnium nationum: nam omnes / puniunt blasphemias suae religionis vel suorum reorum⁷⁹.

Dico tertio: Ecclesia potest punire omnem⁸⁰ externam haeresim etiam occultissimam, etiamsi in iudicio probari non possit.

om. K D O 62 illo) illis D 63 vos) nos G 64 fiat) fieret K 65 propter) per K G 66 eius) om. K G 67 et - constituuntur) om. K O 68 crimen) scelus O 69 et iniuriam) om. O 70 et omnes - spiritualis) et omnem eius motum D; om. K O 71 obligationem

et) om. K 72 subiectionem) iurisdictionem D 73 confirmatur) probatur K 74 primo) om. K O 75 fieri) provenire. O 76 innumera - divisiones) innumerae haereses O 77 tandem) om. K O 78 et sensu) om. K O G 79 vel - deorum) om. K O G 80

Probatur primo, quia de facto illam punit, ut videbimus.

D f. 228 r Secundo, quia illa haeresis per se iam est sub iurisdictione Ecclesiae, unde illam / prohibere potest; per accidens autem est, quod in iudicio probari non possit, si tamen poena talis sit, quae extra iudicium ipsa lege lata inferri valide⁸¹ possit.

Sed oportet exponere, quando interna haeresis censenda sit externa quoque⁸².

O f. 362 r Respondeo duo esse considerata: primo oportere, ut
G p. 389 exterius ostendatur per actum sufficienter exprimentem⁸³
D f. 228 v vel significantem mentem internam, sive ille actus sit in
 verbis sive in factis, quae vel significant vel ex⁸⁴ genere
 suo et modo⁸⁵ sunt confessiones et protestationes quaedam⁸⁶
 interioris religionis. Quocirca si aliquis habens hanc
 haeresim interius⁸⁷ fornicationem non esse malam et⁸⁸
 fortum bonum⁸⁹ et ex illo dictamine^{89a} furaretur⁹⁰, non
 esset censendus⁹¹ exterior haereticus, quia illa actio non
 est per se ab illo iudicio speculativo, sed a practico et nullo
 modo est professio illius fidei, similiter non est haereticus⁹²,
 si quis cogitans interiorem haeresim tantum caput
 moveat aut / verbum aliquod non plene significans profe-
 rat ut o rem difficilem vel aliud simile⁹³, non est haereticus
 exterior⁹⁴, quia totum illud est quasi generale et indif-
 ferens et⁹⁵, non satis explicat mentem, nisi fortasse / homo
 vel secum ipse vel cum alio conveniens⁹⁶ talia verba aut
 signa imponat⁹⁷ ad explicandam suam mentem⁹⁸, nam
 tunc illud est sufficiens signum interioris haeresis ex im-
 positione⁹⁹.

omnem) *om.* D O 81 valide) valeat
 et G; *om.* K O 82 quoque) *om.* K G
 83 exprimentem) exponentem D 84
 ex) *om.* K O 85 et modo) *om.* K D
 86 quaedam) *om.* K O 87 interius)
 internam D 88 fornicationem - et)
om. K 89 bonum) licere K 89a dic-
 tamine) intentione [?] D 90 furare-

tur) operaretur O; fornicaretur G
 91 censendas) *om.* G 92 non - hae-
 reticus) *om.* K D O 93 aliud simile)
 quid K; *om.* O 94 exterior) *om.* D
 95 est quasi - indifferens et) *om.*
 K O G 96 conveniens) conveniat D
 97 imponat) imponeret K; compo-
 neret G 98 suam mentem) interio-

Secundo observandum¹ est oportere illud exterius ita prodire ab illa interiori haeresi², ut moraliter participet malitiam eius, alias non est haereticus exterior³, ut si quis confiteatur haeresim interior⁴ vel si eam⁵ communicet gratia consilii vel⁶ medicinae quaerendae⁷.

Et probatur aperte, quia haereticus exterior est a peccato exterioris haeresis, ille autem non sic exterius peccat. Deinde ille non potest puniri ab Ecclesia ut sic⁸. Probatur⁹, quia nec propter actum interior¹⁰ directe, ut ostensum est, neque indirecte, quia non informat exterior¹¹, neque propter exterior¹², quia non est malus et tandem, quia alias confessio et medicina necessaria¹³ fieret omnino odiosa. Si autem haec duo conveniant, haeresis est exterior, etiamsi coram nullo fiat.

Quaestio quinta¹⁴: De excommunicatione et censuris¹⁵ quae haereticis imponuntur¹⁶, ubi etiam¹⁷ de prohibitione librorum haeticorum¹⁸ dicitur¹⁹.

Constat excommunicationem esse unam ex praecipuis et antiquioribus²⁰ poenis, quae haereticis imponuntur, de qua breviter²¹ dicendum est²².

D f. 229 r /**Dico primo**²³ esse iustissimam et comprehendere²⁴ omnes veros haeticos externos etiam occultissimos, non tamen pure mentales.

Prima pars est de fide certa²⁵, ut patebit ex citandis.

rem haeresim K; mentem)haeresim O 99 ex impositione) om. K G 1 observandum) notandum O 2 haeresi) fide G 3 exterior) exterius O 4 interior) exterior¹⁰ K 5 eam) illam O 6 vel) et K G 7 medicinae quaerendae) medicis quaerendi K 8 ut sic) om. K D G 9 probatur) patet D; om. K O 10 et - necessaria) et consilium quod est medicina D; om. O 11 quinta) add. in

margin. lectio O 12 et censuris) om. O; censuris) censura K 13 quae - imponuntur) om. K O 14 ubi etiam) et K 14a haeticorum) om. K O G 15 dicitur) dicemus D; agitur O; om. K 16 et antiquioribus) om. K O 17 breviter) om. O G 18 de quaest) om. K; add. primo O G 19 dico primo) conclusio D; om. G 20 esse - comprehendere) haec est iustissima poena et comprehendit K 21 certa)

Ratio vero eius²² est, quia hoc crimen est gravissimum atque adeo illa poena dignum, item haereticus praescindit seipsum ab unitate Ecclesiae, merito ergo bonis eius spiritualibus privatur.

Tertio: ob bonum aliorum; nam institutum haereticorum proprium est alios pervertere, unde, qui cum illis frequenter communicant, suspecti etiam²³ habentur et ab illis exigitur purgatio canonica in cap. *Inter sollicitudines* Extra De purgatione canonica^{pra}

G p. 390 Secunda / pars etiam²⁴ communis et certa, / quia iura
O f. 362 v generaliter loquuntur et ipso facto poenam hanc imponunt, comprehendunt ergo omnes suae iurisdictioni subiectos²⁵, huiusmodi autem sunt omnes externi haeretici etiam occultissimi²⁶, ut patet ex quaestione praecedenti, vide²⁷ CAIETANUM art. 3 q. 11 et SIMANCAM^{ps} in Institutionibus tit. 42²⁸.

Tertia etiam pars communis est et patebit ex sequenti conclusione, quia haec poena est positiva²⁹ ecclesiastica, vide³⁰ ANTONINUM^{pt} 3 p. tit. 24 c. 4 et auctores citatos quaestione praecedenti conclusione prima.

Dico secundo: Quamvis haec poena sit consentanea iuri divino et naturali³¹, tamen simpliciter non a iure divino lata, sed per Ecclesiam imposita³².

Multi auctores³³ censuerunt contrarium huius ultimae³⁴ partis³⁵ conclusionis, ut ALMAINUS in 4 d. 8³⁶ q. 2,

om. K O 22 vero eius) om. K; eius)
om. D O 23 etiam) om. K O 24
etiam) om. O G 25 suae - subiectos)
iure sibi subiectos O 26 etiam oc-
cultissimi) om. K 27 vide) om. K

D O 30 vide) ut G; om. K 31 et
naturali) om. K O G 32 imposita)
om. K 33 auctores) om. K D O 34
ultimae) secundae O 35 partis) om.
K 36 d. 8) d. 18 D O 37 combu-

pra) Decretales Gregorii IX.: lib.5 tit.34 c.10 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 872).

ps) IACOBUS SIMANCA: De catholicis institutionibus.

pt) ANTONINUS: Summa moralis 3.p. tit.24 c.4.

ECKIUS^{pu} in Enchiridio cap. De haereticis comburendis³⁷,
IACOBUS LATOMUS^{pv} Contra Lutherum:

Primo: Nam ad Tit. 3[10] dicit Paulus³⁸: *haereticum hominem post primam et secundam admonitionem devita et 1 ad Cor. 5[11]: cum his nec cibum sumere*, 2 ad Tess. 3[6]: *denuntiamus vobis in nomine Domini, ut subtrahatis vos etc.*³⁹, ubi THEOPHYLACTUS^{pw} ut magis Eremendam, inquit, *eam poenam faciat*⁴⁰, dicit non nos iniungimus, sed Christus et secunda epistola Ioannis cap. 1[10]: *neque ave ei dixeretis*.

Secundo, quia haec poena est in usu ab initio Ecclesiae⁴¹, et patet ex CANONIBUS APOSTOLORUM 45, 46, 63^{px} ex epistolis FABIANI I. ^{py} ANASTASII I. ^{pz} LEONIS II. ^{qa} 70, 80, 91 INNOCENTII ^{qb} 25 et FELICIS I. ^{qc} ep. 2, GELASII ^{qd} papae in Commonitorio ad Faustum Alexandrinum, 2 cap. *Audivimus* 24 q. 1^{qe} ubi exstant⁴³ alii, item ex⁴⁴ Concilio *Laodicensi* ^{qf} c. 6, BRACARENSI cap. *Non liceat* 1 q. 1^{qg} et

rendis) om. D 38 dicit Paulus) di-
citur O 39 vobis - etc.) om. K O
40 faciat) faceret D G 41 est - Ec-

clesia) fuit perpetuo in usu in Eccle-
sia D 42 II.) secundae D 43 ubi
extant) et O 44 ubi - ex) om. K

- pu) Ioannes ECKIUS: Enchiridion c.26, ed. Venezia 1532, f.76 b - 79 a.
pv) Iacobus LATOMUS: Contra articulos quosdam Martini Lutheri a theologis Lovaniensibus damnatos, art.5 (Opera, Louvain, 1550, f.49r).
pw) THEOPHYLACTUS: In 2 Thess. 3 (6; PG 124, 1351).
px) CANONES APOSTOLORUM c.45; 46; 63; cfr. Lexikon für Theologie und Kirche tom.6, 1961, 239-40.
py) FABIANUS I.; Isidor MERCATOR: Decretalium collectio, PL 130, 152 C.
pz) ANASTASIVS I.: ep.1 n.5; PL 20, 72).
qa) LEO II.: Ep. 70; 80; 91 (Isidor MERCATOR: Decretalium collectio; PL 130, 892B; 908C; 914C).
qb) INNOCENTIVS I.: Ep. 25 (Isidor MERCATOR: Decretalium collectio: PL 130; 728 B).
qc) FELIX I.: Ep. 2 (PL 130, 198D).
qd) GELASIVS: Commonitorium ad Faustum Alexandrinum (PL 59,28).
qe) Decretum Gratiani II causa 24 q.1 c.4 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 967)
qf) Concilium LOADICENSE (a.320) c.6 (MANSI 2,565).
qg) Decretum Gratiani II causa 1 q.1 c.67 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 382).

cap. *Si quis episcopus* 1 q. 7⁴⁵, ^{qh} CARTHAGINIENSI QUARTO c. 7⁴⁶, ^{qi} unde⁴⁷ licet argumentari modo Augustiniano⁴⁸: Nam quae semper⁴⁹ sunt in usu in Ecclesia et non inveniuntur eorum principium ab aliquo concilio vel⁵⁰ pontificatu, signum est ducere originem a iure divino, ut constat ex materia de⁵¹ / traditione⁵², huiusmodi autem est haec excommunicatio haereticorum. Nihilominus conclusio posita⁵³ verior⁵⁴ est, quam tenet⁵⁵ Soto in 4 d. 22 q. 1 in art. 1^{qk} et indicat⁵⁶ CASTRO^{qi} 2 De iusta haereticorum punitione G p. 391 c. 18 et omnia iam⁵⁷ adducta probant / priorem⁵⁸ partem / K f. 22 v conclusionis: nam quia haeresis crimen, ut dicitur 1 ad Tim. 2[17], *ut cancer serpit*, ipsum ius divinum admonet, O f. 363 r ne multum cum haereticis communicemus / et interdum potest hoc esse praeceptum naturale vel divinum, si sit sermo de illicita communicatione in rebus divinis vel sacris⁵⁹ vel si etiam sit periculum iuxta dicta in prima quaestione huius disputationis⁶⁰. Saepe etiam id expedit in aliorum exemplum et ratione scandali quo spectat commune⁶¹ factum Ioannis evangelistae, qui ingredi noluit balneum, ubi erat Cerinthus haereticus, IRENAEUS^{qm} lib. 3 c. 3, EUSEBIUS^{qn} lib. 3 Historiae c. 28 et lib. 4 c. 14 simile refert de Polycarpo et⁶² referuntur 24 q. 1 cap. *Omnis qui*^{qo} et si-

45 et cap. *Si quis* - q. 7) *om.* K O 46 c. 7) c. 4 D 47 unde) ex quibus K G 48 modo Augustiniano) *om.* K O G 49 semper) *om.* K D G 50 concilio vel) *om.* O 51 materia de) *om.* K O G 52 traditione) traditionibus K G 53 posita) *om.* O 54 verior) vera K D 55 verior-tenet)

communior G; tenet) ponit D 56 et indicat) *om.* K; indicat) sentit O 57 iam) *om.* K O G 58 priorem) primam K O 59 rebus - sacris) sacramentis K; vel sacris) *om.* O 60 quaestione - disputationis) prima disputatione K 61 commune) *om.* K 62 simili - et) *om.* D 63 exemplum)

- qh) Decretum Gratiani II causa 1 q.7 c.22 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 435).
 qi) CARTHAGINIENSI IV. c.7 (imo c.71; MANSI 3,957).
 qk) Dominicus Soto: In 4 d.22 q.1 art.1 (ed. Salamanca 1560, 995).
 ql) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.2 c.18 (Opera, Paris 1571, col. 1342).
 qm) IRENAEUS: Adversus haereses lib.3 c.3 (PG 7, 853).
 qn) EUSEBIUS: Hist. eccl. lib.3 c.3 (PG 20,275); lib.4 c.14 (PG 20, 338).
 qo) Decretum Gratiani II causa 24 q.1 c.24 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 975).

mile exemplum⁶³ de Origene refert lib. 6 c. 2^{9p} et in hunc modum explicat hoc divinum praeceptum CYPRIANUS^{9q} lib. 1 ep. 3, 4 et 8.

Ultimo vero⁶⁴ pars conclusionis probatur primo, quia ille modus excommunicationis, qui nunc fertur in haeticos, non est ex sola ratione naturali neque / opposita communicatio est intrinsece mala, ut per se constat et ius positivum divinum de hac re nullum satis constat. Nam licet potestas excommunicandi sit de iure divino, non tamen actus neque modus. Unde neque semper fuit in Ecclesia eadem ratio et⁶⁶ idem⁶⁷ modus excommunicandi haeticos et qui nunc est, posset variari et limitari vel ampliari, ut etiam ex dicendis⁶⁸ patebit.

Dico tertio: Hanc poenam incurrunt haetici ipso facto ante auditam iudicis sententiam⁶⁹.

Est communis et praecipue habetur ex communi et⁷⁰ perpetua traditione Ecclesiae et ex cap. *Excommunicamus* 1 et 2 et cap. *Ad abolendam*. Extra De haeticis^{9r} et cap. *Achatius* 24 q. 1^{9s} et expressius habetur in bulla Coenae, vide CAIETANUM^{9t} verbo *excommunicatio* cap. 1, 5 et 6.

Dices⁷¹ contra: Nam⁷² Paulus dicit *post primam vel secundam admonitionem*, ad Tit. 3[10].

om. K O G 64 vero) om. K O G
65 conclusionis) om. K 66 eadem -
et) om. K O G 67 idem) ille K; om.

D 68 etiam - dicendis) om. O 69
ante - sententiam) om. K O G 70
communi et) om. K D O 71 dices)

9p) EUSEBIUS: Hist. eccl. lib.6 c.2 (PG 20, 526).

9q) CYPRIANUS: lib.1 ep.3 (ep.55; inter ep. S. Cornelii Papae 12 n.21 PL 3, 855); lib.1 ep.4 (ep.68; UL 3, 1029); lib.1 ep.8 (ep.40; PL 4, 345).

9r) Decretales Gregorii IX. lib.5 tit.7 c.13 § 1 et 2 ("Excommunicamus"); c.9 ("Ad abolendam"); CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 787-89; 780-82).

9s) Decretum Gratiani II causa 24 q.1 c.1 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 966).

9t) CAIETANUS: Summula peccatorum, 1526, 131; 137-39.

Respondeo primo⁷³: Multi Patres legunt tantum post *primam* et haec satis fit, cum ius fertur vel definitur veritas⁷⁴, ita legit⁷⁵ IRENAEUS^{qu} lib. 3 c. 3 et CYPRIANUS^{qv} lib. 3 Ad Quirinum c. 78, TERTULLIANUS^{qw} De praescriptione haereticorum, AMBROSIIUS^{qx} hic⁷⁶.

Secundo⁷⁷ dicitur Paulum tunc⁷⁸ id tantum voluisse praecipere, Ecclesiam vero pro necessitate temporum amplius aliquid addere potuisse.

D f. 231 r / Tertio sermo est de excommunicatione iudiciali, quae fit ab homine vel episcopo⁷⁹ et ad hanc, ut divus Thomas G f. 392 hic notat⁸⁰ semper praemittitur⁸¹ duplex monitio, / nam per hanc nominatim et specialiter⁸² excommunicatur quis, secus vero est de generali excommunicatione.

Sed quaret quis⁸³, an teneamur nos vitare haereticum, antequam sit nominatim excommunicatus.

Quidam affirmant in⁸⁴ publicis haereticis, quamvis O f. 363 v negent de occultis, SILVESTER^{qy} *excommunicatio* 5 / numero⁸⁵ 8, CONVARUVIUS^{qz} cap. *Alma mater* § 2 numero 3 citat Panormitanum et alios⁸⁶. Fundantur⁸⁷ in decreto

sed G 72 nam) om. K G 73 primo) om. K D O 74 vel veritas) om. K D O 75 legit) om. K 76 hic) ibi O G 77 secundo) add. per... O 78 tunc) om. O; ibi G 79 vel episco-

po) et ab episcopo D; om. D 80, ut- notat) om. K 81 praemittitur) requiritur O 82 specialiter) om. K D 83 quaeres) om. K G 84 in de D 85 numero) v. c. D 86 et alios) etc. O

qu) IRENAEUS: *Adversus haereses* lib.3 c.3 (PG 7, 854).

qv) CYPRIANUS: *Testimoniorum libri tres adversus Iusaeos ad Quirinum* lib.3 c.78 (PL 4, 802).

qw) TERTULLIANUS: *De praescriptione haereticorum* c.6 (PL 2,20).

qx) AMBROSIIUS: *In Tit. 3* (10; PL 17, 532).

qy) Silvester PRIERIAS: *Summa summarum*, ed. Antwerpen 1579. tom.I, 330 B).

qz) Didacus COVARUVIUS: *Opera omnia*, Frankfurt/M. 1599, tom.I, 345, cap. "Alma mater § 2 nr.3" in: *Liber Sextus* lib.5 tit.11 c.24 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 1106-07).

concilii BASILIENSIS ^{ra} sess. 20, quod non habet firmam auctoritatem, ut alias dictum est, vide TURRECREMATAM ^{rb} lib. 2 Summae ⁸⁸ c. 100. Non ergo oportet ⁸⁹ distinguere, nam post decretum concilii CONSTANTIENSIS ^{re} non tene- mur generaliter ⁹⁰ vitare nisi nominatim excommunica- tum aut manifestum clerici percussorem, in qua generali regula comprehenduntur etiam haeretici, ANTONINUS rd 3 p. tit. 25 c. 2, CAIETANUS ^{re} verbo *excommunicatio maior* ⁹¹ et ADRIANUS ^{rf} materia de eucharistia quaestione penulti- ma in 4 et materia de confessione dub. 9. SOTO ^{rg} supra et dist, 1 q. 5 art. 6.

D f. 231 v Sed ⁹³ dicunt quidam teneri / nos ad vitandos haereti- cos non quia excommunicati, sed quia haeretici sunt; sed si intelligant hoc esse speciale praeceptum positivum ⁹⁴ praeter naturale et ⁹⁵ divinum, falsum est et ⁹⁶ nullum habet fundamentum, si vero ⁹⁷ sit sermo de divino iure naturali ⁹⁸, iam explicatum est. Notat vero Soto satis esse, quod aliquis publica sententia sit nominatim declaratus haereticus, nam hoc ipso nominatim etiam declaratur ex- communicatus, quia omnibus constat hanc poenam esse coniunctam cum illo crimine ⁹⁹.

Dico quarto: Ab hac censura aut excommunicatione ¹ nullus potest absolvere absque privilegio Romani Pontificis.

87 fundantur) fundatur O G 88
Summae) om. K 89 oportet) tene-
mur O 90 generaliter) om. K G 91
maior) minor D 92 dist. 1) dist. 5
D O 93 sed) om. K O 94 positi-

vum) om. G 95 naturale et) om. O
96 falsum - et) om. K D O 97 vero)
om. K O 98 iure naturali) iudicio
G; om. K O 99 cum - crimine) illi
crimini O 1 aut excommunicatione)

ra) BASILIENSE: sess. 20 (MANSI 29, 103).

rb) Ioannes de TURRECREMATATA: Summa de Ecclesia Domini, Lyon 1496.

re) CONSTANTIENSE.

rd) ANTONINUS: Summa moralis 3.p. tit.25 c.2.

re) CAIETANUS: Summula peccatorum, 156, 128.

rf) HADRIANUS VI.: Quaestiones in IV Sent., Paris 1523, f. 40 r.

rg) Dominicus SOTO: In 4 Sent. d.1 q.5 a.6 (ed. Salamanca 1557, 125 A).

Haec² conclusio supponit posse haereticum absolvi ab ipso Pontifice vel ab habente potestatem eius³ tam⁴ ab ipsa censura quam⁵ a culpa, quod est de fide certum contra Novatum, qui id negavit, quod in materia de poenitentia ostendendum⁶ est⁷.

Fundamentum est, quia in hac vita nullum est peccatum, quod non possit deleri poenitentia⁸, vide⁹ specialiter¹⁰ COELESTINUM I.^{rh} ep. 1 c. 11, LEONEM I.^{ri} ep. 89, CYPRIANUM^{rk} lib. 1 ep. 1 et lib. 2 ep. 8, AUGUSTINUM^{ri} ep. G p. 393 50, 166, / 167, HIERONYMUM^{rm} ep. ad Oceanum in principio et GREGORIUM^{rn} lib. 7 ep. 33 et EUSEBIUM^{ro} lib. 6 Historiae c. 33.

Hinc etiam certum est posse haereticos etiam¹¹ iterum ad sacram¹² communionem / admitti, quamvis olim in Ecclesia illis negaretur etiam in articulo mortis, ut patet¹³ ex INNOCENTIO I.^{rp} ep. 3 c. 2 qui¹⁴ illud temperavit, ut daretur in articulo mortis¹⁵ et postea¹⁶ non nisi post longissimum tempus poenitentiae dabatur, ut ex epistolis O f. 364 r CYPRIANI frequentissime constat¹⁷. / Videatur etiam¹⁸ SIRICIUS^{rq} papa ep. 1 c. 3 et cap. *Super eo* Extra De hae-

om. G 2 haec) om. K 3 vel - eius) om. K O G; add. vel D 4 tam) om. K D G 5 quam) et K D G 6 ostendendum) dicendum K 7 ostendendum est) ostenditur D; dicitur O 8 quod - poenitentia) per se irremisibile K 9 vide) videte G; om.

K O 10 specialiter) om. K O 11 etiam) om. K O 12 sacram) om. K O 13 patet) om. K O 14 qui) om. K G 15 ut - mortis) om. K O G 16 postea) add. constituit O 17 ex - constat) Cyprianus ait in epistolis etc. O 18 etiam) om. K D 19 diversitate)

rh) COELESTINUS I.: Ep.1 c.11 (ep.4 n.3; PL 50, 432).

ri) LEO I.: Ep. 89 (ep. 108; PL 54, 1012).

rk) CYPRIANUS: Lib.1 ep.1 (ep.57 n.13; PL 3, 859); lib.2 ep.8 (ep.49 n.7; PL 3, 753).

ri) AUGUSTINUS: Ep.50 (ep.185 n.39; PL 33, 810); ep.166 (ep.105 n.2; PL 33, 396); ep.167 (ep.89 n.7; PL 33, 313)

rm) HIERONYMUS: Ep.69 (n.1; PL 22, 654).

rn) GREGORIUS: Registrum lib.7 ep.33.

ro) EUSEBIUS: Hist. eccl.lib.6 c.33 (PG 20).

rp) INNOCENTIUS: Ep.3 c.2 (PL 130, 703-04).

rq) SIRICIUS: Ep.1 c.3 (PL 13, 1136).

reticis^{rr} Iam vero mitius cum illis agitur, nam modus recipiendi haereticos pro temporum diversitate¹⁹ et necessitate²⁰ varius fuit in Ecclesia, ut patet ex concilio ELIBERTINO^{rs} cap. 22, AGATHENSI^{rt} cap. 60, AURELIANENSI QUARTO^{ru} cap. 8, vide CASTRUM^{rv} lib. 1 ultimo capitulo.

Hoc posito probatur pars exclusiva conclusionis ex bu-lla Coenae Domini²¹, ubi expressius quam in aliis locis ha-betur haec reservatio²²; excipiuntur tamen²³ inquisitores, qui veluti ex officio habent hanc potestatem et²⁴ in Con-cilio TRIDENTINO^{rw} sess. 24 cap. 6 de reformatione exci-piuntur episcopi quoad haereses omnino occultas, additur tamen, ut per se et non per vicarios possint absolvere, quod intelligunt aliqui per vicarium ordinarium, quia alicui in

K f. 23 r speciali putant / posse episcopum committere vices suas,
D f. 232 v ita²⁵ CORDUBA^{rz} in Summa casuum conscientiae / q. 8.

Et ratio esse potest, quia sunt multi casus, in quibus non potest adesse persona ipsius episcopi, in²⁶ quibus vi-detur voluisse providere concilium.

Item, quia in casibus Papae reservatis simpliciter di-citur solus ipse habere potestatem, quia oportet ad illum recurrere, quamvis ipse possit vices suas committere.

Et probabilis est sententia, quamvis verba concilii du-rriora²⁷ et aliquomodo contraria²⁸ videantur loqui²⁹. Nam

K G 20 et necessitate) om. K O G 24 et) om. K D G 25 ita) om. K D
21 Domini) om. K G 22 haec re- 26 in) om. K D G 27 duriora) aliter
servatio) om. O 23 tamen) om. K D O 28 et - contraria) om. K O 29

rr) Liber Sextus lib.5 tit.2 c.4 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 1070-71).

rs) ELISERTINUM (a.305) c.22 (MANSI 2.9).

rt) AGATHENSE (a.505) c.60 (MANSI 8,334).

ru) AURELIANENSE IV. (a.543) c.8 (MANSI 9, 114).

rv) ALFONSUS CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.1 c.23 (Opera, Paris 1571. col.1195).

rw) TRIDENTINUM: Sess.24 c.6 (ed. Soc. Goerres. tom. IX, 981).

rz) ANTONIUS de Cordoba: Summa casuum conscientiae, q.8.

de aliis peccatis reservatis³⁰ dicit³¹ posse episcopum per se vel per³² vicarium³³ ad id specialiter deputandum et hoc secundum negat in casu haeresis, quamvis exponi possit³⁴ de speciali deputatione³⁵ per clausulam tamen generalem, per quam episcopus constituit vicarium non solum ad iudicia externa, sed etiam ad iudicium poenitentiae in omnibus casibus sibi reservatis. Haec enim est specialis deputatio, sub qua ex concilio non comprehenditur haeresis. Secus vero³⁶ / est, si³⁷ confessarius, qui audivit confessionem ad eum accedat et petat facultatem, nam in hoc casu probabilis est dicta sententia, maxime³⁷ si aliter provideri non potest. Sed³⁸ hoc totum privilegium hodie³⁹ non habet vires, quia abrogatum⁴⁰ est in⁴¹ bulla Coenae Domini in illis verbis non obstantibus quibusvis⁴² privilegiis et quibusvis concilii generalis canonibus⁴³ etc.

G p. 394
 O f. 364 v / Sed quaeres⁴⁴, an oporteat / privilegium absolven-
 D f. 233 r di ab hac censura concedi speciali clausula⁴⁵, an satis sit
 clausula⁴⁶ quaedam generalis, quae in quibusdam bullis ponitur⁴⁷, absolvendi ab omnibus peccatis et censuris etiam reservatis in bulla Coenae⁴⁸ nihil excipiendo. Videri enim potest^{48a} hoc⁴⁹ non satis esse, quia iuxta regulam iuristarum, quod specialem habet difficultatem et quod in specie propositum non concederetur a superiori⁵⁰, non comprehenditur in clausula generali, sed huiusmodi⁵¹ est haeresis.

loqui) om. K D G 30 reservatis) om.
 K G 31 dicit) corr. ex refert K 32
 per) om K D G 33 vicarium) alium
 G 34 quamvis - possit) respondere
 possumus loqui K O 35 deputatione)
 concessione K 36 vero) add. ut G
 37 si) add. spiritualiter G 37 maxi-
 me) om. O 38 sed) add. in marg.
 Lectio O 39 hodie) om. K O G 40
 non abrogatum) hodie revocatum O

41 quia - est in) ex D 42 quibusvis)
 cuiusvis K; quibusdam D; quibus-
 cumque O 43 et quibusvis - cano-
 nibus) om. K 44 sed quaeres) quae-
 ret quis O 45 speciali clausula) in
 specie K 46 clausula) gratia D 47
 quae - ponitur) om. G 48 etiam -
 Coenae) om. D 48a videri - potest)
 videtur enim D O 49 hoc) om. O
 50a superiori) om. O 51 huiusmodi)

Nihilominus⁵² contrarium tenet Soto^{sa} d. 22⁵³ q. 2 art. 3 et mihi videtur satis securum in praxi, quia saepe fit mentio exceptionis ipsius haeresis expresse⁵⁴, unde quando non fit, signum est concedi.

Dico quinto: Cum excommunicatione incurrunt haeretici omnes alias censuras et poenas spirituales, quae cum excommunicatione maiori sunt connexae⁵⁵ et praeterea irregularitatem.

Prior pars constat ex terminis et ideo sunt suspensi et privatur ecclesiastica sepultura.

Et posteriorem partem affirmant ANGELUS^{sb} et SILVESTER^{sc} verbo *irregularitas*⁵⁶, sed cum hac limitatione: nam quoad suscipiendos novos ordines sunt omnino irregulares nec promoveri possunt sine dispensatione⁵⁷, etiam si convertatur, quod habetur ex Leone papa *Saluberrimum* 1 q. 7 et⁵⁸ cap. *Convenientibus* ex concilio Nicaeno secundo⁵⁹ ibidem^{60sd} et ex concilio ELIBERTINO^{se} cap. 51. Tamen quoad ministerium et usum ordinis iam suscepti, ipsi⁶¹ putant non manere irregulares neque invenio contra illos textum expressum, tamen CYPRIANUS^{sf} lib. 1 ep. D f. 233 v 4 ad episcopos Hispaniae / dicit Cornelium papam / decrevisse huiusmodi haereticos ad poenitentiam agendam posse admitti, ab ordinatione⁶² autem cleri⁶³ ac sacerdotali

talibus K 52 nihilominus) om. KO 53 d. 22) d. 32 G 54 mentio - expresse) exceptio expressa ipsius haeresis KO G 55 connexae) adiunctae O; annexae G 56 verbo irregulari-

tas) om. G 57 sine dispensatione) om. G 58 ex - et) om K 59 Nicaeno secundo) septimo synodo O; add. septimo synodo G 60 ibidem) 1. d. q. 1 K; 1 q. 7 D; ibi G 61 ipsi)

sa) DOMINICUS SOTO: In 4 d.22 q.2 a.3 (ed. Salamanca 1557, 1028).

sb) ANGELUS (Carletti): Summa angelica de casibus conscientiae, ed. Strassburg 1513 f.162.

sc) SILVESTER PRIERIAS: Summa summarum, ed. Antwerpen, 1579, tom.II, 57 A.

sd) Decretum Gratiani II causa 1 q.7 c.21 ("Saluberrimum"); c.4 ("Convenientibus"); CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 435; 428-29.

se) ELIBERTINUM (a.305) c.51 (MANSI 2,14).

sf) CYPRIANUS: lib.1 ep.4 (ep.68; PL 3, 1068).

honore esse prohibendos, unde securius videtur ante dispensationem ab hoc etiam abstinere, quia⁶⁴ etiam Leo papa in illo cap.⁶⁵ *Saluberrimum* dicit non concedi nisi ex benignitate quadam⁶⁶.

O f. 365 r Ex decisione huius quaestionis expeditur alia quaestio⁶⁷, quae est de prohibitione librorum. Est enim haec quasi quaedam excommunicationis pars, dum haeretici non solum a communicatione per verba, sed / etiam scripta a fidelibus separantur, qua in re dicendum est lectionem horum librorum per se non esse intrinsece malam, iure tamen esse ab Ecclesia prohibitam.

Prior⁶⁸ pars constat, quia neque est intrinsece⁶⁹ contra rationem naturalem nec expresse contra ius divinum. Unde saepe est necessaria et in concilio CARTHAGINIENSI cap.⁷⁰ sg admonentur episcopi, ut hos libros legant et EUSEBIUS^{sh} lib. 7 c. 5 et 6 refert Dionysium Alexandrinum male aliquando audivisse apud catholicos, quod hos libros legeret et dum abstinere vellet, revelatione fuisse admonitum, ut eos legeret.

Et ratio est, quia saepe hoc expedit ad intelligendos et refellendos haeticorum errores.

D f. 234 r Posterior vero⁷⁰ pars constat primo ex usu Ecclesiae quae hos libros et omnes, qui pravam doctrinam continent, comburendos putat, qui mos coepit ab Apostolis / Act. 19[19] et duravit in successoribus: LEONE I.st ep. 91⁷¹, Gelasio, Symmacho, Hormisda in eorum gestis^{72sk}

episcopi G 62 ordinatione) D 63 clerici D 64 quia) unde D 65 etiam - cap.) om. O 66 quadam) om.

O 67 quaestio) om. K D O 68 prior) prima O 69 intrinsece) om. K O G 70 vero) om. K G 71 ep. 91 ep. 92

sg) CARTHAGINIENSE (a.398) c.16 (Bartholomeus CARRANZA: Summa conciliorum, ed. Madrid 1766, 130).

sh) EUSEBIUS: Hist. eccl. lib.7 c.5; 6 (PG 20, 642; 647).

si) Leo I.: Ep.91 (ep.15 c.15; PL 54, 688).

sk) Gesta Gelasii, Symmachi, Hormisdae; cfr. Bartholomeus CARRANZA: Summa conciliorum, ed. Madrid 1766, 216; 221; 225.

in synodo Nicana combusti sunt libri Arianorum⁷³, ut refert⁷⁴ NICEPHORUS^s lib. 8 c. 18, in concilio CONSTANTIENSI^m sess. 8 libri Ioannis Hus et Wicleph⁷⁵, idem patet ex SEXTA SYNODO^{sn} can. 63 et ex Patribus et historiis: GREGORIO NAZIANZENO^{so} oratione 19, ORIGINE^{sp} hom. 9 in numeros, EUSEBIUS^{sq} supra et lib. 8 c. 2, NICEPHORUS^{sr} supra et lib. 6. c. 8 et lib. 7 c. 3 et lib. 2 TRIPARTITIst c. 15 refertur lex Constantini de hac re, alia ex historiis et iure civili, vide SIMANCAM^{su} tit. 38.

Probatur secundo ratione: nam haec communicatio per scripta est magis nociva et periculosior christiano populo et communi plebi⁷⁶ quam per verba⁷⁷ primo, quia ea, quae scribuntur, communiter sunt magis meditata et ergo⁷⁸ fortiora esse videntur.

G p. 396 Secundo, quia illa / saepius et attentius leguntur et magis insident⁷⁹ animis.

Tertio, quia indoctorum atque infirmorum⁸⁰ maior est numerus et facile apprehendunt et intelligunt⁸¹ ea⁸², quae falsa sunt, quia sunt sensibus viciniora et concupiscentiae magis accommodata.

[?] O; ep. 19 G 72 in - gestis) om.
O 73 Arianorum) Arii K O 74 ut
refert) om. K; refert) ait O 75 Wicleph) Wicleff D 76 christiano - plebi) rudi populo D 77 christiano -

verba) om. K O 78 ergo) quae K D 79 insident) insistunt G 80 indoctorum - infirmorum) indoctorum atque infirmorum O 81 et intelligunt) om. K D O 82 ea) om. K O G

sl) NICEPHORUS: Hist. eccl. lib.8 c.18 (PG 146, 74).

sm) CONSTANTIENSE: Sess.8 (MANST 27, 634).

sn) SEXTA SYNODUS (Constantinopolitanum III., a.680) c.63 (Lud. BAIL: Summa conciliorum omnium, 1701, tom.I, 340).

so) GREGORIUS NAZIANZENUS: Or. 19.

sp) ORIGENES: Hom.9 in Num. (PG 12, 625).

sq) EUSEBIUS: Hist. eccl. supra, cfr. sh); lib.8 c.2.

sr) NICEPHORUS: supra, cfr. sl); lib.6 c.8 (PG 145, 1147); lib.7 c.3 (PG 145, 1211).

st) CASSIODORUS: Historia ecclesiastica tripartita lib.2 c.15 (PL 69,934).

su) Iacobus SIMANCAS: Praxis haereseos sive enchiridion iudicum violatae religionis, Venezia 1568, f.46 r.

Quarto, quia in his libris semper⁸³ occultatur veritas et immiscentur innumera⁸⁴ falsa, quae indocti non valent discernere.

Quinto, quia hi libri non continentur uno loco nec uno⁸⁵ tempore, sed per omnia vagantur.

/O f. 365 v // Sed advertendum⁸⁶ // hanc prohibitionem non ha-
 //D f. 234 v beri in iure communi, sed in bulla Coenae Domini, ubi ad-
 K f. 23 v ditur excommunicationis censura / papae reservata. NA-
 VARRUS⁸⁷ tamen advertit cap. 27 número 56 hac lege non
 prohiberi, quin legi possint illa verba haereticorum, quae
 a catholicis in suis libris inseruntur, quia illi non sunt sim-
 pliciter⁸⁷ libri haereticorum, similiter libri catholicorum,
 qui habent aliquas notationes haereticorum, non sunt ex
 vi huius clausulae⁸⁸ prohibiti, sed in his habent locum
 aliae prohibitiones et censurae indicis Pii IV. et simi-
 lium⁸⁹ et eadem ratione⁹⁰ liber scriptus ab haeretico tem-
 pore, quo erat catholicus vel iam conversus ad fidem⁹¹
 per se etiam non est hic prohibitus, quia formaliter non
 est liber haeretici⁹², unde in his servanda est regula se-
 cunda INDICIS PII IV.⁸⁷ et quaecumque aliae prohibitio-
 nes⁹³ librorum⁹⁴ factae a pontificibus vel inquisitoribus,
 vide⁹⁵ CASTRUM⁸⁷ lib. 1 c. 20.

83 semper) magis G 84 innumera)
 multa O 85 nec uno) vel O 86 sed
 advertendum) nota O 87 simplici-
 ter) om. K O G 88 clausulae) bu-
 llae D 89 et similibus) om. K O 90

et - ratione) om. D 91 iam - fidem)
 ab haeretico post conversionem G
 92 haeretici) haeticus K D 93 et
 quaecumque) vel O 94 librorum)
 om. K O G 95 vide) videte G 96

sv) Martinus ab AZPILCUETA: Enchiridion sive manuale confessoriorum c.27
 n.56 (ed. Genova 1585, 612).

sw) INDEX PII V.

sx) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.1 c.20 (Opera, Paris
 1571, col.1179).

**Quaestio sexta⁹⁶: Utrum haeretici in poenam priventur
omni spiritali potestate.**

Duplex est haec⁹⁷ potestas: ordinis et iurisdictionis, prior ordinatur vel⁹⁸ ad sacramenta conficienda vel ad sacramentalia, cuius actus interdum requirit iurisdictionem /et ut rite fiat et ut simpliciter⁹⁹ factum¹ teneat, interdum sine iurisdictione fit, sed debitas² condiciones requirit, ut bene fiat.

D f. 235 r

G p. 397

Iam / dico primo: Potestas ordinis, quae datur sacerdoti³ ab⁴ episcopo⁵ ad conficienda sacramenta manet in haeretico et efficit actum, qui non requirit iurisdictionem, quamvis haereticus peccet faciendo.

Tota⁶ est de fide: nam character ordinis est indelebilis, unde ubi non requiritur iurisdictionis, si debita forma circa debitam materiam operetur, habet effectum. De hac re habentur⁷ multa decreta pontificum⁸ 1 q. 7, praecipue cap. *Convenientibus* / ex septima synodo et cap. *Ordinationes* 9 q. 1^{sy} late AUGUSTINUS^{sz} lib. 2 Contra Donatistas c. 3 et lib. 6 c. 5 et lib. 2 Contra epistolam Parmeniani c. 13, habetur cap. *Quidam* 2 q. 1, item tract. 8 In Ioannem, de qua re latius in materia de sacramentis⁹, vide HALENSEM 4. p. q. 36 et SOTUM^{ta} d. 13 q. 1, CASTRUM^{tb} lib. 2 c. 22, COVARUVIUM^{tc} in cap. *Alma mater* 1. p. § 6 número 6.

O f. 366 r

quaestio sexta) quaeritur sexto K 97 haec) om. K D O 98 vel) om. K D 99 simpliciter) om. O 1 factum) factus O; om. K G 2 debitas aliquas

certas K 3 sacerdoti sacerdotibus D 4 ab) et D 5 ab episcopo) om. K O 6 tota) ita D 7 de - habentur) vide O 8 decreta pontificum) om. K G;

- sy) Decretum Gratiani II causa 1 q.7 c.4 ("Convenientibus"); II causa 9 q.1 c.5 ("Ordinationes"); CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 428; 601-02.
sz) AUGUSTINUS: De baptismo contra Donatistas lib.2 c.3 (PL 43, 128); lib.6
ta) Dominicus SOTO: In 4 Sent. d.13 q.1 (ed. Salamanca 1557, 599).
tb) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.2 c.22 (Opera, Paris 1571, col.1355-63).
tc) COVARUVIUS: Opera omnia, Frankfurt/M. 1599, tom. I, 367, in Librum Sextum lib.5 tit.11 c.24 (CORPUS IUSURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II, 1106-07).

Quaedam vero dicta CYPRIANI, quae in dictis decretis et¹⁰ distinctionibus¹¹ referuntur¹² et 24 q. 1 et aliorum Patrum ibidem¹³, quibus indicatur haereticos omni carere potestate, intelligendi sunt iuxta postreman partem conclusionis, quia videntur¹⁴ nihil rite et cum fructu facere posse¹⁵.

Dico secundo: Etiam manet in his haereticis potestas ad conficienda sacramentalia ita, ut / teneat, licet peccent illi¹⁶.

Haec¹⁷ non est certa conclusio, quia cum haec sacramentalia¹⁸ sint ex Ecclesiae institutione, potestas ad haec non tam ex caractere quam ex concessione Ecclesiae videtur pendere, unde interdum conceditur iis, qui non sunt episcopi. Potest ergo Ecclesia illam auferre, verisimile est ergo auferre, quia tollit ab haeretico omne bonum spirituale¹⁹, quantum potest, et ita tenet²⁰ CASTRO lib. 2 c. 22 et citat cap. *Ecclesiis* cum sequentibus De consecratione d. 1,²¹ ubi ecclesiae consecratae ab haereticis praecipuntur iterum consecrari, sed posita²¹ conclusio mihi est multo^{21a} probabilior et tenet GLOSSA in dicto cap. *Ecclesiis* et colligitur ex textu ibi,²² ubi consecratio ecclesiae comparatur²³ cum collatione baptismatis et intantum praecipitur iterari, inquantum in forma non servatur fides Trinitatis et similia capitula habentur De consecratione d. 1 q. 1.

G p. 398 Et / ratio esse potest primo, quia probabile est Ecclesiam non posse auferre istam potestatem ab episcopo, quia

pontificum) om. O 9 de qua - sacramentis) om. O 10 decretis et) om. K O G 11 in - distinctionibus) ibi O 12 dictis - referuntur) in dici d. 69 decreti refferunt G; referuntur) reperiuntur D 13 et aliorum - ibidem) om. O G 14 videntur) vero G 15 posse) possunt K; potest G 16

illi) add. tunc male utatur D 17 haec. om. K O G 18 sacramentalia) om. K D 19 tollit - spirituale) privat haereticum omni bono spirituali K O 20 tenet) om. K D O 21 posita) om. K O 21a multo) om. K O G 22 ibi) om. K D G 23 comparatur) confertur O 23 etiam) om. K

td) Decretum Gratiani III De consecratione d.1 c.20 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 1299).

necessario comitatur characterem et dignitatem eius, unde hoc ipso, quod consecratur, habet illam sine nova concessione nec refert, quod alias etiam²³ possit concedi ex privilegio, ut est manifestum exemplum²⁴ in potestate conficiendi sacramentum confirmationis.

Et ratio huius esse potest, quia, licet sacramentalia in particulari sint insituta ab Ecclesia, tamen in communi videntur manare a iure divino, quia erant necessaria ad honestum / usum sacramentorum et // idem²⁵ Christus, **D f. 236 r** qui²⁶ contulit²⁷ potestatem episcopis ad conficienda praecipua sacramenta, dedit etiam ad conficienda sacramentalia, quaecumque ab Ecclesia praescriberentur et²⁸ determinarentur²⁹. Ad hoc, quamvis hoc non sit certum, tamen, cum res sit dubia et non necessaria, verisimilius est de facto non abstulisse, alias etiam posset revocari in dubium, an isti possint³⁰ conferre quatuor ordines minores, quia hoc³¹ non est certum, an isti³² sint ex Ecclesiae institutione, quin potius, cum in his maneat potestas vere³³ ordinandi et conficiendi eucharistiam, potius fuit expediens manere in eis potestatem conficiendi sacramentalia quasi ad aliquale ornamentum ipsius³⁴ eucharistiae.

His expositis iam³⁵ dico tertio: Haeretici publici et non tollerati ab Ecclesia non efficiunt quosdam³⁶ actus, qui requirunt iurisdictionem³⁷.

Ita divus Thomas q. 39 art. 3 et est communis sententia, videte³⁸ auctores citatos et summistas, Ratio est³⁹, quia iurdictio est⁴⁰ ab Ecclesia et aufertur ab illa, 24 q. 1 per multa capitula⁴¹.

24 ex privilegio - exemplum) ut potest in exemplo O 25 idem) ideo K D 26 qui) om. K 27 contulit) committit D; dedit O 28 praescriberentur et) om. G 29 et determinarentur) om. K O 30 possint) pos-

sent O 35 his - iam) om. K D G 36 quosdam) om. K D G 37 requirunt iurisdictionem) dependent ex iurisdictione K 38 videte) vide D O 39 ratio est) om. K 40 est) datur G 41 per - capitula) om. O 42 sed

Sed quaeres ⁴², an haec privatio sit ipso facto ex iure divino. CASTRO^{te} supra c. 23 affirmat et refert alios⁴³, quorum ratio est, quia fides est fundamentum talis iurisdictionis. Nam qui non est membrum // Ecclesiae, non potest in illam ⁴⁴ habere iurisdictionem.

D f. 238 v Sed contrarium ⁴⁵ est verum ex fundamento contrario ⁴⁶, quia neque fides est per se simpliciter necessaria ad talem iurisdictionem nec alias illa ⁴⁷ privatio probari ⁴⁸ potest ex iure divino.

Et potest probari ⁴⁹ primo, quia in extrema necessitate, si haereticus sacerdos ⁵⁰ absolvat, tenet absolutio.

Secundo: si haereticus est occultus et tolleratur ab Ecclesia, etiam habet iurisdictionem, ut si sit parochus, tenet haec duo communis sententia ⁵¹, SILVESTRE^{tf} verbo Confessor 1 q. 19 et 20 ⁵², RICHARDUS^{tg} in 4 18 art. 7 q. 1, INNOCENTIUS et ABBAS in cap. Veritatisth de dolo et contumacia.

Tertio: Haereticus episcopus non est ipso iure divino privatus episcopatu, in quo etiam errat CASTRO, ut bene docet CAIETANUS^{ti} opusculo De auctoritate papae c.18, SOTO^{tk} dist.22 q.2 art.2, CANO^{tl} lib.4, c. ultimo ex eodem fundamen-

quaeres) quaeret quis O; quaeres) dices K 43 et - alios) om. O 44 illam) illa G 45 sed contrarium) tamen O 46 contrario) opposito D G 47 illa) ipsa D 48 probari) ostendi O G 49 et - probari) patet K O G

50 sacerdos) om. D O G 51 tenet - sententia) om. K O; haec - sententia) om. D 52 q. 19 et 20) q. 29 et 30 G 53 expressum) expresse O; add. del illius O; om. O 54 tollens sive) om. K O G 55 non episcopus)

te) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib.2 c.23 (Opera, Paris 1571, col. 1380 E).

tf) Silvester PRIERIAS: Summa summarum, ed. Antwerpen 1579, tom. I, 158 B.

tg) RICHARDUS de Mediavilla: In IV. Sent., Paris, 1512, f.120.

th) Decretales Gregorii IX. lib.2 tit.14 c.8 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 296).

ti) CAIETANUS: De comparatione auctoritatis papae et concilii, c.18 (Opuscula omnia Thomae de Vio Caietani, Antwerpen 1567, 20).

tk) Dominicus SOTO: In 4 d.22 q.2 a.2 (ed. Salamanca 1557, 1021).

tl) Melchior CANO: De locis lib.4 c.6 (Opera, Madrid 1791, tom.I, 305).

O f. 367 r to, quia nec episcopatus fundatur in fide neque est ius divinum / expressum⁵³ tollens sive⁵⁴ imponens isman poenam, idem est de iurisdictione.

xh) HOSIUS: Contra Brentium lib. 1 (Opera, Köln 1583, tom. I, 419 - 452 nihil refert ad rem).

xi) Decretales Gregorii IX, lib. 5 tit. c. 13 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 787-89).

xk) Decretales Gregorii IX, lib. 5 lit. 40 c. 27 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 924).

Ad argumenta in principio ²⁷ respondetur illis: Probari potest ²⁸ nullum malefactorem esse occidendum in lege nova, quod est absurdissimum, nam in omni republica bene instituta est haec poena necessaria.

In priori ergo loco solum significatur legem gratiae futuram esse amoris, non timoris vel certe in illo loco / non est sermo de lege gratiae, sed de statu ²⁹ gloriae et ³⁰ Ecclesiae triumphantis.

Primum vero ³¹ testimonium Lucae iam supra expositum est et ibi non erat sermo de haereticis, sed de infidelibus non subditis et ³² non baptizatis ³³.

In secundo vero loco solum indicatur ^{33a} uti gladio aut ³⁴ exsequi hanc poenam non esse potestatis ecclesiasticae.

Illa vero parabola zizaniae primo ³⁵ solum probat haereticos non esse occidendos, ubi timetur maius incommodum fidelium ³⁶, secus vero quando iuste et sine periculo ³⁷ possunt puniri, ita divus THOMAS q. 10 art. 8 ad 1 et q. 11 art. 3 ad 3 et q. 108 art. 3 ad 1 ex HIERONYMO ^{x1} ibi et AUGUSTINO ^{xm} lib. 3 Contra epistolam Parmeniani c. 2.

Urgent haeretici ³⁸: Nam semper est periculum ipsorum haereticorum, nam fortasse converti possent et fieri triticum.

Respondetur: Ideo prius admonentur, ut convertentur et non ita puniri, nisi quando sunt incorrigibiles, quia ita

paternitatis K 24 et petendam) om.
O 25 et qualitates) om. K D O 26
modeste et) om. K 27 in principio)
om. O 28 potest) om. K D O 29 de
statu) om. O 30 gloriae et) om. D G
31 vero) om. K O G 32 non subdi-

tis et) om. K O G 33 et non bapti-
zatis) om. K G 33a indicatur) sig-
nificatur D 34 uti - aut) om. D O G
35 primo) om. K 36 fidelium) fide-
libus D 37 et sine periculo) om. O
38 haeretici) om. K D G 39 tantum)

x1) HIERONYMUS: cfr. supra wu).

xm) AUGUSTINUS: Contra epistolam Parmeniani lib. 3 c. 2 (n. 9; PL 43, 90).

expedit, quodsi converti nolunt et in aeternum pereunt, sibi imputent, quia haec poena non imponitur illis tantum³⁹ ut medicina propter salutem eorum, sed ut remedium necessarium ad bonum commune servandum, quod praefendum est bono privato.

Secundo dico ad illam⁴⁰ parabolam nomine zizaniae non intelligi tantum haereticos, sed omnes malos christianos, ut plane⁴¹ exponit CYPRIANUS^{xn} in dicta⁴² epistola D f. 247 v / citata et lib. 4⁴³ ep. 1 et sensus fuit Christi Domini⁴⁴ moderari zelum nimium quorundam, qui vellent vel⁴⁵ desiderent⁴⁶ ab Ecclesia exterminare omnes peccatores, quod est indiscretum et iniustum, de quo sensu⁴⁷ vide CATHERINUM^{xo} in quodam⁴⁸ opusculo⁴⁹ De iusta haereticorum punitione, ubi valde bene⁵⁰.

Quaestio decima⁵¹ et ultima⁵²: Utrum istae poenae extendantur ad fautores haereticorum⁵³.

Quatuor termini prius⁵⁴ explicandi sunt, quibus utitur bulla Coenae Domini⁵⁵ et alia iura⁵⁶, quibus excommunicantur credentes, faventes, recipientes et defendentes hos haereticos. Credentes non possunt convenienter⁵⁷ ab haereticis distingui. / Nam iuxta subiectam materiam, ut isti puniantur, oportet, ut credant haereticis; nam credentes non habentur nisi qui credant haereticis⁵⁸ in his, in quibus contra definitionem Ecclesiae opinantur, unde hi

om. K G 40 illam) om. K O 41 plane) om. O 42 dicta) om. K O G 43 lib. 4) lib. 8 D 44 Domini) om. K 45 vellent vel) om. K D 46 vel desiderant) om. O; desiderant) desiderant D 47 et - sensu) om. O; sensu) om. K 48 quodam) om. K 49

in - opusculo) om. O 50 ubi - bene) om. K 51 quaestio decima) quaeritur decimo K; quaeritur O 52 et ultima) om. K D O 53 haereticorum) om. G 54 prius) om. K 55 Domini) om. K D 56 et - iura) om. K O 57 convenienter) commode D O 58

xn) CYPRIANUS: cfr. supra wm); Epp., lib. 4 ep. 1 (ep. 81; 4, 438-42: nihil refert ad rem).

xo) CATHERINUS (Lancellotto de'Politi): De iusta haereticorum punitione, i.e. Speculum haereticorum, ed. Lyon 1591, 55-56.

omnes poenas haereticorum incurunt, quod plane constat ex capitulo *Excommunicamus* secundo § *Si qui Extra De haereticis* ^{xp} vide PALUDANUM ^{xq} in 4 d. 13 q. 3 art. 1, SILVESTRUM ^{xr} verbo *Haeresis* 1 § 10 et 16.

Receptatores seu ⁵⁹ recipientes ⁶⁰ vero dicuntur, qui haereticos hospitio recipiunt vel aliquo modo occultant, neque oportet, ut saepius / aut circa multas personas hoc fiat, sed satis / est, si semel fiat et circa unum.

Defensores similiter dicuntur, qui armis, pecuniis vel alio modo defendunt haereticos et in causa sunt vel ut non capiantur vel ut liberius praedicent.

Fautores fere sunt eiusdem rationis ⁶¹ et ⁶² possunt esse vel directe vel per verba laudando doctrinam aut dando consilium vel indirecte non denuntiando, non testificando vel non puniendo, cum tenentur ⁶³, sed in his omnibus observandum est haec oportere ⁶⁴ fieri formaliter ⁶⁵, circa haereticum ut haereticus ⁶⁶ est ⁶⁷, non enim ⁶⁸ satis est materialiter fieri ⁶⁹ circa personam, ita CAIETANUS ^{xs} verbo *Excommunicatio* c. 1, NAVARRUS ^{xt} c. 27 número 5, 6, CASTRO ^{xu} lib. 1 c. 17.

nam - haereticis) om. K D 59 receptatores seu) om. K 60 seu recipientes) om. O 61 eiusdem rationis) idem O 62 fere - et) om. K G 63 tenentur) obligantur G 64 oportere)

debere O 65 formaliter) om. K 66 haereticus) talis G 67 ut - est) om. O 68 enim) om. K D O 69 materialiter fieri) ut materialiter fiat O G 70 advertendum) adverte O 71 et -

xp) Decretales Gregorii IX. lib. 5 tit. 7 c. 15 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 787-88).

xq) Petrus de Palude: In IV. Sent, ed. a Vincentio de Haerelm, Paris 1514, 57r.

xr) Silvester PRIERIAS: Summa summarum, ed. Antwerpen 1579, tom. I, 427. 429.

xs) CAIETANUS: Summula peccatorum, 1526, 131-32.

xt) Martinus ab AZPILCUETA: Enchiridion sive manuale confessoriorum c. 27 n. 5; 6 (ed. Genova 1585, 592).

xu) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib. 1 c. 17 (Opera, Paris 1571, col 1.153-60).

Sed advertendum⁷⁰, ut aliquis dicatur verbi gratia receptor haereticorum, et idem est de aliis⁷¹, non est necesse, ut ipsum recipiat animo defendendi et propagandi doctrinam eius, nam talis potius esset haereticus quam receptor haeretici⁷², ut dicit⁷³ MARTINUS V. ^{xv} in bulla contra Wicleph⁷⁴ ubi etiam ait, si quis amore carnali recipiat haereticum, eum esse receptatorem et incurrere poenas, igitur cum dicitur oportere formaliter recipere haereticum, intelligendum isto modo est: necessarium scilicet esse, ut ille suo hospitio vel favore⁷⁵ efficiat, quantum in in se est, ut haereticus vel tutius vel securius suos errores praedicet vel ut occultetur vel ut haeresis duret amplius seu⁷⁶ longiori tempore⁷⁷, / sive hoc faciat ex amore huiusmodi⁷⁸ humano sive quacumque alia intentione. Si autem quis domo recipiat haereticum non fugientem vel se occultatem, sed peregrinantem, id⁷⁹ vel⁸⁰ ratione cuiusdam⁸¹ humanitatis⁸² vel pietate, ut illum convertat vel propter lucrum ut in communi hospitio, non recensetur⁸³ receptor haereticorum haereticorum et idem est, si quis defendat hominem haereticum, quem alius iniuste vult occidere, talis⁸⁴ non est defensor haeretici et idem est in similibus.

Demum ex iisdem auctoribus supponendum est oportere, ut / haec voluntarie fiant //, ita ut ad mortaliter peccandum sufficiant. Unde si quis vi cogatur ad recipiendum haereticum, non est receptor, unde etiam oportet haeresim hominis illius⁸⁵ esse cognitam et indubitate⁸⁶ ab Ecclesia damnatam, quoniam alias ratione ignorantiae posset excusari voluntarium.

aliis) om. K O G 72 haeretici) om. K O 73 dicit) om. K D G 74 Wicleph) Wickleph D 75 vel favore) et acceptance D; om. K O 76 amplius seu) om. K D O 77 seu - tempore) om. D O 78 huiusmodi) om. K D O

79 id) om. G 80 id vel) idque K; item D 81 cuiusdam) om. K O G 82 ratione - humanitatis) ex humanitate quadam G 83 recensetur) censetur K O 84 talis) om. K O G 85 illius) om. K D G 86 indubitate) cer-

xv) MARTINUS V.: Bulla contra Wicleph (Bartolomeus CARRANZA: Summa conciliorum, ed. Madrid 1766, 492-94).

Iam breviter⁸⁷ dicendum est⁸⁸ primo hos omnes iuste et merito⁸⁹ posse puniri ab Ecclesia, quamvis ipsi haeretici non sint.

Probatur primo, quia gravissime peccant et alias⁹⁰ sunt subditi Ecclesiae.

Secundo, quia hoc est necessarium ad exstinguendas haereses⁹¹ et arcendos haereticos⁹². Denique, quia etiam infideles alias non subditi, si ita defenderent haereticos in iniuriam Ecclesiae, possent ab ipsa Ecclesia puniri ratione iniuriae⁹³, ergo multo magis isti.

Dico⁹⁴ secundo hos non incurrere omnes poenas haeticorum, / quia non sunt haeretici, sed eas, quae contra ipsos specialiter latae sunt scilicet excommunicationis ipso iure⁹⁵, cap. *Noverit* De sententia excommunicationis^{xw} et Papae reservatae in bulla Coenae Domini⁹⁶ primo, infamiae et aliarum^{96a} quae enumerantur⁹⁷ in cap. *Excommunicamus* primo § *Credentes* Extra De haereticis^{xy} praeterea in cap. *Accusatus* § *Si vero* De haereticis in Sexto^{xz} dicitur praeter haec posse ad arbitrium iudicis puniri et in aliquibus regionibus⁹⁸ puniuntur privatione bonorum omnium⁹⁹ et vitae.

tissime O 87 iam breviter) om. K O
88 dicendum est) dico O 89 et merito) om. K O 90 alias) om. K O 91 exstinguendas haereses) exstinguentiam haeresim O 92 et haereticos) om. O 93 ratione iniuriae) om. O

94 dico) dicendum est G 95 quae iure) om. K 96 Domini) om. K O G 96a aliarum) add. rerum D 97 et enumerantur) etc. K 98 regionibus) locis D 99 omnium) om. K O

xw) Decretales Gregorii IX. lib. 5 tit. 39 c. 49 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 910).

xy) Decretales Gregorii IX lib. 5 tit. 7 c. 13 § 5 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 788).

xz) Liber Sextus lib. 5 tit. 2 c. 8 § 6 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, II 1072).

Disputatio¹ septima²: De praecepto exterioris confessionis fidei et de poenis contra peccantes in illud³.

De hac materia nonnihil dicit⁴ divus THOMAS supra q. 3 art. 2 et ad illam revocabimus, quae disputat in q. 13, quae autem tractat q. 14 et 15 de caecitate mentis et hebetudine sensus, in eo legi possunt, nihil enim habeo, quod dicam⁵, quia haec non sunt specialia vitia et⁶ distincta ab ignorantia neque est aliquod praeceptum speciale, quod ad donum intellectus vel scientiae pertineat, quae autem in 16, quaestione dicit de praecepto / fidei, in superioribus⁷ iam⁸ explicata⁹ sunt.

O f. 375 r

Quaestio prima:¹⁰ Utrum sit aliquod praeceptum de confitenda exteriori fide.

Dico primo: Praeceptum est quoddam negativum numquam exteriori negandi fidem, etiamsi interius retineatur, quod semper et pro semper / obligat, unde contra illud agere semper¹¹ peccatum mortale est, quacumque ratione vel motivo¹² fiat.

D f. 249 v

G p. 417 Conclusio est de fide: Matth. / 10[33]: *qui negaverit me coram hominibus* etc, similiter¹³ Luc. 9[26]: *qui me erubuerit* etc. et 2 ad Tim. 2[12]: *si negaverimus illum et ipse negabit nos.*

Secundo traditione et conciliis: Semper enim hoc peccatum fuit vehementer¹⁴ punitum in Ecclesia, de qua re¹⁵ habetur¹⁶ can. 61 Apostolorum et cap. 11 Concilii NICAENAE-

1 Disputatio) *add.* 24 vel G 2 septima) ultima D O; *add. huius materiae* O; *add. secundae partis materiae* G 3 et de - illud) *om.* D O; illud) hoc K 4 de hac - dicit) *om.* K; dicit) dixit D; ait O 5 nihil - dicam) *om.* D 6

et) *om.* K D G 7 in superioribus) *om.* O 8 iam) *om.* K O 9 explicata) disputata K 10 Quaestio prima) quaeritur primo K 11 semper) *om.* K O G 12 motivo) metu D O 13 similiter) *om.* K D O 14 vehementer)

NI^{yb} et multa in concilio ANCYRANO cap. *Presbyteros* d. 50^{yc} et concilio ARELATENSI can. 10 et 11^{yd} et ELIBERTINO can. 1 et 2^{ye} exstat¹⁷ etiam concilium congregatum de hac re¹⁸ in casu Marcellini Pontificis¹⁹ in cap. *Nunc autem* d. 21^{yf}

Tertio ex Patribus: CLEMENS ALEXANDRINUS^{yg} lib. 4 Stromatum, AUGUSTINUS tract. 113 In Ioannem, habetur cap. *Non solum* 11 q. 3^{yh} et in sequenti ex CHRYSOSTOMO^{yi} hom. 25 In Matthaëum, EUSEBIUS lib. 6. Historiae c. 38 ubi refert ORIGENEM in ps. 82.

Quarto probatur²⁰ ratione: Nam huiusmodi negatio fidei est intrinsece mala et mendacium valde perniciosum et iniuriosum²¹ et fidei²² et primae veritati et religioni christianae, ex quo etiam constat hoc praecepto prohiberi omnem actum, quo exterius profitetur quis falsam sectam contrariam nostrae religioni, quia in exercitio ipso²³ ille actus est negatio fidei nostrae.

ter) acriter D 15 qua re) quo K 16 de qua - habetur) om. Q; habetur) est K; exstat G 17 exstat) constat O 18 re) add. in facto K 19 Ponti-

ficis) om. K O 20 probatur) om. K D O 21 et iniuriosum) om. D 22 et fidei) om. O 23 in - ipso) om. K O G 24 hanc veritatem) hoc O 25 Elksai-

- ya) CANONES APOSTOLORUM: can. 61; cfr. Lexikon für Theologie und Kirche tom. 6, 1961, 239-40.
- yb) NICAENUM c. 11 (MANSI 2, 674).
- yc) Decretum Gratiani I d. 50 c. 32 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 191-92) ex Concilio Ancyrano c. 1 (MANSI 2, 514).
- yd) ARELATENSE II, (a. 330) c. 10; c. 11 (Lud. BALIL: Summa conciliorum omnium, Padova 1701, tom. II, 59).
- ye) ELIBERTINUM (a. 305) c. 1; 2 MANSI 2, 5-6).
- yf) Decretum Gratiani I d. 21 c. 7 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 11).
- yg) CLEMENS ALEXANDRINUS: Stromata lib. 4 (c. 7; PG 8, 1254).
- yh) Decretum Gratiani II causa 11 q. c. 85 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 666) ex AUGUSTINO: In Ioan. tr. 113 (n. 2; PL 35, 1933).
- yi) CHRYSOSTOMUS: Hom. 25 in Matth. i.e. opus imperfectum in Matth.; cfr. Decretum Gratiani II causa 11 q. 3 c. 86 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. Friedberg, I 667).
- yj) EUSEBIUS: Hist. eccl. lib. 6 c. 38 (PG 20, 598).

Contra hanc veritatem ²⁴ erraverunt olim dicti Elkesitae ²⁵ apud EUSEBIUM supra et CASTRUM ^{ym} verbo *Martyrium* haeresi 5, qui negabant esse peccatum / negare Christum in tormentis, dummodo mente interiori retineatur. Quae haeresis nullum habet fundamentum et praeter dicta ²⁶ damnata est a Fabiano Papa cum quodam concilio ²⁷, ut habetur ²⁸ in eius decretis et plura contra illam ²⁹ videri possunt in *Epiphania* ^{yn} lib. 1 haeresi 19.

Advertendum ulterius est in hac conclusione ³⁰ quosdam / etiam catholicos censere praeceptum hoc non proprie ad fidem per se ³¹, sed ad religionem spectare, nam eatenus est malum negare fidem, quatenus negatur Deo cultus debitus et / qui ex metu idolo sacrificat ³², contra religionem certe ³³ peccat. Sic videtur sentire NAVARRUS ^{yo} in principio *Manualis*, sed probabilius videtur, cum professio ³⁴ fidei exterior habeat suam propriam honestatem distinctam ab honestate religionis, per se malum esse contra illam agere atque adeo ex vi huius virtutis proprio praecepto esse prohibitum. Unde etiam probabile est illum actum sacrificandi idolo ³⁵ directe quidem habere distinctam ³⁶ malitiam contrariam praecepto religionis, tamen indirecto habere malitiam proprie ³⁷ contrariam huic praecepto, quia ille non tam directe et expresse ³⁸ quam indirecte et implicite ³⁹ negat veram fidem; econtra vero ⁴⁰ fieri potest, ut quis peccet directe ⁴¹ expresse ⁴² negando fidem nullum falsum cultum Dei exercendo et tunc peccat contra hoc praeceptum directe et non contra religionem.

tae) Elchesitae D G; Elgesiti O 26 praeter dicta) praeterea G 27 cum - concilio) om. O 28 habetur) om. K 29 plura - illam) om. K O 30 in - conclusione) om. K O G 31 per se) om. K O G 32 sacrificat) immolat

D G 33 certe) om. K O G 34 professio) confessio G 35 idolo) om. K G 36 distinctam) om. K D O 37 proprie) om O G 38 et expresse) om. K O 39 et implicite) om. O 40 vero) om. K 41 directe) om. K O G

ym) Alfonsus CASTRO: *Adversus haereses* lib. 10 haeresi 1 (Opera, Paris 1571, col. 633).

yn) EPIPHANIUS: *Adversus haereses* lib. 1 haeresi 19 (PG 41, 263).

yo) Martinus de AZPILCUETA: *Enchiridion sive manuale confessoriorum*, Prae-ludium I n. 15 (ed. Genova 1585, 6).

Dico secundo: etiam tenetur homo aliquando praecepto affirmativo ad confitendum et⁴³ profitendam⁴⁴ fidem exterius.

D f. 250 v Ita divus THOMAS / in illa q. 3 art. 2. hic et⁴⁵ colligitur satis ex illo⁴⁶ a dRom. 10[10]: *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

G p. 418 / Sed ut explicetur⁴⁷ ratio et modus praecepti⁴⁸, advertendum est duobus modis posse⁴⁹ obligari hominem ad hanc confessionem:

Primo praecise et per se ratione fidei.

Secundo ratione aliarum virtutum. Hic secundus modus per se patet, nam omnis exterior cultus Dei est per se⁵⁰ quaedam fidei professio ut oratio etc.⁵¹ et hic cultus sine dubio per se in praecepto est, quia cum homo constet corpore et anima et utrumque a Deo habeat, utroque etiam tenetur Deo cultum dare, de quo maxime loquitur Paulus loco citato⁵², sed hoc praeceptum per se virtutis religionis est et quia determinatio temporis, pro quo obligat, si ex natura rei loquamur, difficilis valde⁵³ est, provisum est a Deo per Ecclesiam, ut sint determinata tempora et loca dandi Deo huiusmodi cultum. Praeter quae raro obligat, nisi propter urgentem aliquam necessitatem salutis propriae aut proximorum aut divini honoris aut fortasse etiam propter maximam et communem utilitatem. Eodem modo, ait divus Thomas, potest obligare hoc praeceptum, quando necesse est confiteri vel docere⁵⁴ fidem, ne alii scandalum patiantur aut avertantur / a fide, quod sine dubio certum est, tamen obligatio haec in privata persona ad caritatem vel misericordiam spectat⁵⁵, voco privatam, quae non tenetur ex officio docere⁵⁶, in publica vero⁵⁷, quae ex offi-

42 expresse) om. O 43 confitendum et) om. O 44 et profitendam) om. K O 45 hic et) om. D O 46 ex illo) om. D G 47 sed - explicetur) om. K D 48 ratio-praecepti) om. K D G 49

posse) om. K D O 50 per se) om. K G 51 ut - etc.) om. D O G 52 citato) dicto O 53 valde) om. K 54 vel docere) om. K O 55 ad - spectat) ex caritate obligat K 56 voco - do-

D f. 251 r
 cio docere tenetur, ad iustitiam, de qua obligatione dicemus in materia de caritate, / potest etiam haec obligatio revocari ad fidem, sicut similis obligatio reperitur in omnibus et singulis⁵⁸ virtutibus; unaquaeque enim virtus obligat nos, ut alios non inducamus verbo et exemplo ad operandum contra illam virtutem⁵⁹, quae obligatio⁶⁰ pertinet ad materiam de scandalo, ut dicemus^{60a} suo loco.

Primus vero modus obligationis scilicet positivus et⁶¹ affirmativus praecise⁶² ex vi huius virtutis fidei difficilius explicatur⁶³, quia affirmativum praeceptum non obligat nisi tempore necessitatis, numquam autem occurrit necessitas confitendi fidem nisi ratione religionis vel similis virtutis.

Et ratio esse potest: nam fides perfecte consummatur in mente, unde per se non postulat in exteriorem actum prodire, nisi aliae⁶⁴ virtutes id requirant, unde divus THOMAS supra loco citato⁶⁵ praeter supra citatos casus, qui ad alias virtutes spectant, solum adiunxit obligationem confitendi fidem natam potius ex praecepto negativo quam ex affirmativo; debet enim quis confiteri fidem, quando ipsum tacere esset implicite negare fidem, quod quomodo accidat in sequentibus quaestionibus⁶⁶ et haec est prima oportunitas et praecipua⁶⁷, in qua obligat hoc praeceptum affirmativum ex vi fidei, fortasse etiam ad hoc praeceptum spectat obligatio illa profitendi exterius fidem per baptismum, nam licet illa determinatio ad baptismum⁶⁸ sit de iure positivo divino, tamen per se ex natura fidei videtur necessarium, ut homo saltem aliquando teneatur exterius ostendere se fidelem, praecipue cum tenere debeat quamdam communem fidem unius Ecclesiae sensibilis et visibi-

cere) om. K O G 57 vero) om. K O G 58 et singulis) om. O 59 illam virtutem) suam honestatem D G 60 quae obligatio) quod K D O 60a dicemus) dicitur K O 61 positivus et) om. K D G 62 praecise) praeci-

pue G 63 difficilius explicatur) difficilior est K 64 aliae) aliquae K O 65 loco citato) om. K D O 66 in quaestionibus) infra O 67 et praecipua) om. G 68 ad baptismum) om. K O 69 et visibiliter) om. K D O

D f. 251 v lis, in qua necessaria / est exterior professio fi//dei, ut
G p. 419 membra sensibiliter et visibiliter⁶⁹ coniungantur; fortasse
etiam, quando ipsius fidei et religionis honor periclitatur,
ipsa fides per se obligat ad sui manifestationem, ut in se-
quentibus quaestionibus latius⁷⁰ ostendemus⁷¹.

O f. 376 v / **Quaestio secunda⁷²: Quibus modis peccetur verbis
contra confessionem fidei⁷³.**

Primum fundamentum huius materiae esse debet aliud
esse occultare fidem, aliud negare; nam primum⁷⁴ est so-
lum negativum quid, scilicet non confiteri se talem⁷⁵, hoc
vero est positivum, scilicet negare se esse fidelem.

Ex quo tria⁷⁶ sunt certa⁷⁷:

Primo negare fidem verbis aut factis aut quibusvis sig-
nis semper esse malum, quia est commissio contra prae-
ceptum negativum divinum, quod semper et pro semper
obligat et cuius transgressio non excusatur propter ullum
metum, ex I. II. q. 3 a. 2.

Secundo certum est occultare fidem per se non semper
esse malum, quia solum est omissio actus, qui non semper
est in praecepto, quia praeceptum affirmativum confiten-
di fidem⁷⁸ non pro semper obligat.

Unde fit tertio⁷⁹ occultare fidem eo tempore, pro quo
urget obligatio praecepti huius affirmativi esse etiam in-
trinsece malum, quia est contra praeceptum divinum⁸⁰.

His positis⁸¹ tota difficultas huius⁸² materiae consis-
tit in duobus:

70 latius) om. O 71 ostendemus) di-
cemus O; explicabitur G; om. K;
add. (f. 376v) Nativitas Domini nos-
tri Iesus Christi secundum carnem,
inchoatus est annus 1584 Domini O
72 quaestio secunda) quaeritur se-

cundo K 73 fidei) add...etc. O 74
primum) illud D 75 se talem) om.
O 76 tria) duo D O 77 tria - certa)
om. K 78 confitendi fidem) confiten-
dae fidei D; om. K O 79 fit tertio)
certum est K 80 divinum) fidei O

Primo, quando agere vel ommittere aliquid⁸³ sit occultare fidem⁸⁴, quando vero⁸⁵ sit negare.

Secundum est, quod sit tantum occultare, quando sit
D f. 252 r contra obligationem affirmativam / praecepti hic et nunc
K f. 27 v obligantis, quando vero non sit huiusmodi⁸⁶, minime⁸⁷ /.

Circa quod advertendum est⁸⁸ confessionem fidei et similiter occultationem fieri posse et verbis et factis et privationibus istorum verborum et factorum⁸⁹, scilicet silendo⁹⁰, nam his omnibus significare potest homo suam mentem interiorem et aliquomodo religionem profiteri. Sed est diversitas inter verba et facta, nam verborum primarius
O f. 377 r usus est significatio, at vero aliarum / actionum et vestium et similium signorum exteriorum⁹¹ est alius usus per se primo intentus praeter significationem, quamvis secundo ad significationem trahantur⁹² et ideo diversa est difficultas^{92a} huius materiae⁹³ in confessione fidei per verba vel per facta, de qua propterea distincte et singillatim⁹⁴ dicemus suo ordine⁹⁵.

Dico primo negare verbis expressis et⁹⁶ apertis⁹⁷ res fidei esse veras et sibi certas et indubitatas, semper est peccatum mortale contra praeceptum de confitenda fide.

Haec conclusio⁹⁸ est per se⁹⁹ nota ex principiis positis, quia est directe contra praeceptum negativum divinum. Dixi autem *et sibi certas*, quia si quis interrogatus de veritate et certitudine religionis christianae responderet se nihil de rebus illis scire, peccaret contra praeceptum confes-

81 his positis) ita ergo G 82 huius) om. G 83 aliquid) om. K; verum G 84 fidem) om. K G 85 quando vero) et quando K 86 non - huiusmodi) om. K G; sit huiusmodi) om. O 87 minime) om. D O 88 advertendum est) adverte O 89 et factorum) om. O 90 scilicet silendo) om. K D G 91 et similium - exteriorum)

etc. O 92 trahantur) deriventur O 92a diversa - difficultas) diversitas difficultatis est O 93 huius materiae) om. K O 94 et singillatim) om. K D O 95 suo ordine) om. K O G 96 expressis et) om. G 97 et apertis) om. K O G 98 haec conclusio) om. K O 99 per se) om. K O 1 ex - positus) om. D G 1a illas) eas K D;

G p. 420 sionis fidei, quia, ille negat illas^{1a} veritates² et illam^{2a} doctrinam³ sibi esse certam et veram⁴, quod est contra huiusmodi praeceptum et moraliter est / affirmare et confiteri⁵ illam doctrinam sibi⁶ esse dubiam et incertam, unde sine dubio faceret magnam iniuriam⁷ suae religioni, qui ita responderet⁸.

D f. 252 v **Dico secundo:** Qui verbis profitetur / se esse Turcam vel Lutheranum⁹, peccat etiam semper contra hoc praeceptum.

Nam hoc ipso¹⁰ ille profitetur se existimare¹¹ illam sectam esse veram atque adeo nostram, quae illi contraria est, esse¹² falsam. Item ille est exterior haeticus vel Turca; item si diserte et¹³ explicite¹⁴ fateretur dogmata illius¹⁵ sectae¹⁶, etiam¹⁷ esse vera, faceret contra hoc praeceptum, ergo etc.

Dico tertio: Qui interrogatus, an sit christianus¹⁸, verbis negat se esse christianum, semper peccat contra hoc praeceptum neque unquam id¹⁹ licet.

Est communis doctorum omnium et indubitata sententia²⁰.

Fundamentum posuit AUGUSTINUS²¹ ^{yp} lib. Contra mendacium c. 2 agens contra Priscillianistas, qui propter bonum finem dicebant interdum hoc licere, quia non so-

om. G 2 veritates) om. G 2a illam)
om. D 3 et - doctrinam) om. K O
4 certam - veram) certas et veras K
O 5 et confiteri) om. K D O 6 sibi
om. K 7 faceret iniuriam) magna
fit iniuria sibi et K D; facit magnam
iniuriam O 8 qui responderet) om.
K D O 9 Lutheranum) haeticum
O 10 nam - ipso) om. O 11 ille -

existimare) existimat K 12 esse)
esse) om. K D G 13 diserte et) om.
K D 14 et explicite) om. O 15
illius) suae G 16 illius sectae) illa
O; Lutherana [?] verbi gratia D
17 etiam) om. K D O 18 interroga-
tus - Christianus) om. K O G 19 id)
om. K D G 20 doctrinam - senten-
tia) om. K; omnium - sententia) om.

lum, inquit, negant Christum, qui negant Christum esse vel esse Deum²², sed etiam qui negat se esse christianum, sed negare Christum²³ est contra confessionem et²⁴ intrinsece malum, ergo.

Maior patet primo ex exemplo Petri, qui negando se esse discipulum Christi, negavit Christum iuxta illud [Matth. 26,34]: *ter me negabis*.

Secundo, quia, qui negat se esse Christianum, negat se credere in Christum, negat ergo se credere Christum esse Deum et illius religionem veram, ergo negat fidem.

Tertio virtute et implicite²⁵ fatetur se esse alterius sectae.

O f. 377 v Denique omnes fere²⁶ martyres /, ne hoc negarent, sustinuerunt omnia²⁷ tormenta et in Ecclesia semper est existimatus apostata exterior saltem²⁸, qui ob quaecumque²⁹ tormenta hoc³⁰ negaverit, / videantur multa ex Patribus 11 q. 3.

Sed advertendum est hoc praecipue³¹ intelligi, quando aliquis intuitu religionis interrogatur, an sit christianus; nam interdum sub nomine christiani is, qui interrogat, aliam conditionem ad religionem non pertinentem vult inquirere, ut verbi gratia quando est bellum inter turcas et christianos et aliquis christianus³² interrogatur a Turca, an sit christianus, revera non vult interrogare, an profiteatur illam³³ religionem, sed solum an sit de exercitu inimico. Similiter quia christiani in principio³⁴ saltem³⁵ apud Indos³⁶ multa fecerunt mala³⁷, nomen Christiani³⁸ erat odiosum³⁹ et sic⁴⁰ Indi⁴¹ nomine christiani⁴² non intellige-

O G 21 fundamentum Augustinus) ex Augustino O 22 vel - Deum) om. K O 23 negare Christum) hoc O 24 contra - et) om. K O 25 et implicite) om. D 26 fere) om. K O 27 omnia) om. K O G 28 exterior saltem) om. K O 29 quaecumque) om. K O G 30 hoc) om. K D 31 prae-

cipue) om. K O G 32 christianus) om. K O G 33 illam) eam K; talem G 34 in principio) om. K G 35 saltem) om. K O G 36 Indos) Iudaeos G 37 mala) add. ita ut O 38 christiani) illud K D G 39 odiosum) K 40 sic) om. K D G; add. hoc O 41 Indi) om. K D O 42 christiani) om.

bant nisi malefactorem quemdam. In his et similibus casibus, si quis interrogetur, an sit christianus, non peccat contra confessionem fidei negando, quia non respondet iuxta propriam nominis significationem⁴³, sed ad mentem interrogantis, quod docuit⁴⁴ divus THOMAS lect. 2 in⁴⁵ ad Rom. 10, ubi dicit confessionem fidei esse in praecepto, quando exigitur a tyranno⁴⁶ persequente fidem, non si exigatur ab⁴⁷ eo, qui persequitur malefactorem vel inimicum.

Dico quarto: Qui interrogatur a tyranno, an sit christianus vel credat hanc / fidem, si verbis amphilogicis utatur vel ita se gerat, ut tyrannus et alii concipiant ipsum negare fidem, peccat contra confessionem fidei, quamvis non neget expresse, itaque tunc tenetur positive illam confiteri et non occultare⁴⁸ / nullo obstante mortis periculo.

Non est tam certa conclusio⁴⁹ sicut praecedens, sed est ita vera, ut contraria non sit probabilis practice nec segura, tenet⁵⁰ divus THOMAS q. 3 art. 2 ad 2⁵¹ et reliqui theologi et colligitur ex HIERONYMO cap. *Existimant* 11 q. 3^{ya} CHRYSOSTOMO cap. *Noli timere*^{yr} ibidem qui late illam confirmat⁵², CYPRIANO^{ys} lib. 2 ep. 3 et lib. 2 ep. 7⁵³.

Colligitur ex verbo Christi Lucae 9[26] et Matth. 10 [33]: *qui me erubuerit coram hominibus* etc., ubi distinguit Christus Dominus haec duo: negare et eru / bescere ipsum⁵⁴ et hoc secundum maxime accidere⁵⁵ videtur,

O 43 significationem) interrogacionem K 44 quod docuit) om. K 45 in) super D G 46 tyranno) christiano K O 47 exigatur ab) intelligatur

ex K 48 et non occultare) om. K 49 conclusio) om. K O G 50 tenet) om. K O 51 ad 2) om. K D G 52 ibidem - confirmat) om. K D 53 et-

yq) Decretum Gratiani II causa 11 q. 3 c. 84 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 666) ex HIERONYMO: Ad Tit. 1 (PL 26, 611).

yr) Decretum Gratiani II causa 11 q. 3 c. 88 (CORPUS IURIS CANONICI, ed. FRIEDBERG, I 667).

ys) CYPRIANUS: Ep. lib. 2 ep. 3 (ep. 53; PL 4, 572-389; nihil refert ad rem); lib. 2 ep. 7 (ep 31; 4, 310).

quando quis⁵⁶ non confitetur Christum eo tempore, quo maximae est necessitatis⁵⁷.

Unde sumitur ratio, quia tunc maxime⁵⁸ est articulus temporis⁵⁹, pro quo obligat praeceptum confessionis⁶⁰ fidei:

Primo: Quia tunc dissimulare non fit moraliter sine magno scandalo et propterea sine magna iniuria⁶¹ fidei.

Secundo: Quia tunc dissimulare est virtute negare, unde in illa epistola CYPRIANI^{yt} recte dicitur: *hoc ipso paruit, quo videri voluit paruisse.*

Tertio: Quia tunc ille cooperatur, ut tyrannus et alii existiment se negare fidem et consentire illorum voluntati, quod aperte est contra confessionem⁶² fidei.

Contra hanc conclusionem⁶³ aliqui tenuerunt et tri-
D f. 254 r buitur ADRIANO/, de cuius sententia dicemus⁶⁴ q. 4 et fun-
K f. 28 r alium⁶⁶ / et consequenter non negat, sed permittit alte-
rum⁶⁷ seipsum decipere, hoc autem non est intrinsece ma-
lum.

Et confirmatur: nam si iste non interrogaretur, non teneretur confiteri positive⁶⁸ fidem, sed haec⁶⁹ interrogatio tyranni non est potens ad imponendum⁷⁰ praeceptum, ergo⁷¹.

ep. 7) om. K 54 ipsum) om. K O 55
accidere) esse K O G 56 quis) chris-
tianus O 57 eo - necessitatis) tem-
pore necessitatis D; quando neces-
sitas est O 58 maxime) om. O G
59 temporis) om. K D; fidei O 60
confessionis) professionis O 61 iniu-

ria) ignominia G 62 confessionem)
virtutem O 63 hanc conclusionem)
om. O 64 de - dicemus) de quo O
65 erat) est D 66 alium) om. K 67
alterum) alium O 68 positive) om. G
69 haec) om. K D G 70 ad impo-
nendum) imponendi O 71 ergo) om.

yt) CYPRIANUS: Ep. 31 (PL 4, 310 B).
yu) HADRIANUS VI, cfr. infra zp).

Sed respondetur ad argumentum illud illum⁷² non tantum permitttere, sed moraliter etiam cooperari et deinde non solum permittit, sed etiam aliquomodo⁷³ facit, ut alii putent⁷⁴ se negare fidem idque non omnino⁷⁵, sed occasione sumpta ex responsione eius et denique, quamvis permitttere illud non sit per se⁷⁶ intrinsece⁷⁷ malum semper⁷⁸, tamen permitttere eo tempore, quo obligat praeceptum affirmativum, est malum.

Unde ad confirmationem respondetur interrogationem tyranni non imponere praeceptum, sed constituere hominem in ea⁷⁹ occasione et temporis oportunitate, in qua tacere non potest aut dissimulare⁸⁰ sine iniuria fidei.

Solum adverte⁸¹ non oportere semper, ut haec confessio in illo articulo⁸² fiat per expressa verba. Nam si interrogatus taceret, ita tamen, ut eo ipso quasi contemnere⁸³ iratum⁸⁴ tyrannum videatur⁸⁵, satis confitetur fidem, Itaque solum est advertendum⁸⁶, ut moraliter ita se gerat, ut nullam probabilem suspicionem pravam moraliter⁸⁷ de de praebeat, sed firmum et constantem se ostendat.

Sed quaere⁸⁸, an hoc habeat locum in interrogatione
 D f. 254 v privati hominis, an debeat esse auctoritas publica⁸⁹. / Quidam dicunt, quando aliquis interrogatur ab homine privato, posse licite non respondere et illum etiam in dubio re-
 O f. 378 v linquere / dicendo: quid ad te pertinet⁹⁰ aut quid tua⁹¹
 vel quid simile⁹².

Sed in hoc servanda est regula divi THOMAE: nam si
 G p. 422 tacendo vel re/spondendo isto modo moraliter existimari

K D O 72 illum) om. K 73 aliquo-
 modo) om. K D O 74 putent) cogi-
 tent O G 75 omnino) om. K D O 76
 per se) om. D O G 77 intrinsece)
 om. K 78 semper) om. K D O 79
 ea) tali G 80 aut dissimulare) om.
 D O 81 solum adverte) tamen addo
 G 82 in - articulo) om. K D 83

contemnere) contemneret O 84 ira-
 tum) om. K D G 85 videatur) om. O
 86 itaque - advertendum) nota igitur
 O 87 moraliter) om. K D G 88 sed
 quaeres) quaeret quis O 89 an - pu-
 blica) om. O G; an solum publice K
 90 pertinent) om. K O 91 aut - tua)
 om. D G 92 aut. - simile) om. O 93

potest probabile illum indicare se non esse christianum, id non licet, etiamsi interrogatio fiat a privato homine, quando vero id non sequitur moraliter⁹³, licebit non respondere et in huiusmodi privatis interrogationibus, ut arbitror⁹⁴, regulariter⁹⁵ ita est; nam qui ita respondet privato homini, iuxta communem hominum conceptionem⁹⁶ tantum⁹⁷ reliquit talem^{97a} interrogationem⁹⁸ tamquam impertinentem et potius eo modo indicat respondens se esse christianum, sed ad vitanda aliqua incommoda tunc nolle⁹⁹ aperte loqui, quapropter moraliter fere¹ numquam hoc erit peccatum mortale, sed valde raro².

Quaestio tertia³: Utrum blasphemia sit peccatum contra peccatum contra confessionem fidei, quod per verba committitur⁴.

Expeditur quaestio 13 et 14 divi Thomae⁵.

Blasphemia generali quadam significatione significat omnem execrationem seu maledictionem, etiamsi fiat in homines⁶ iuxta illud ad Tit. 3[1-2]: *admone illos neminem blasphemare*, id est maledicere, ut THEOPHYLACTUS^{yv} et alii exponunt, unde AUGUSTINUS^{yw} lib. De moribus Manichaeorum / dicit blasphemare esse de bonis male dicere.

Sed iam usu Patrum et theologorum blasphemia significat sacrilegam maledictionem vel execrationem in Deum vel sanctos, unde HUGO DE SANCTO VICTORE^{yx} lib. De fructu carnis et spiritus c. 6: *blasphemia est*, inquit, *cum quadam probrosa ireligiositate in alium iaculata maledictio*.

moraliter) om. K 94 ut arbitror) om. D O G 96 regulariter) moraliter D O 96 conceptionem) existimationem K; modum O 97 tantum) om. K D O 97a talem om. K D G 98 interrogationem) quaestionem K 99

nolle) se non velle O 1 fere) vere O 2 sed - raro) om. K O G 3 Quaestio tertia) quaeritur tertio K 4 quod - committitur) in verbis consistens K 5 expeditur - Thomae) om. K O G 6 etiamsi - homines etiam

yv) THEOPHYLACTUS: In Tit. 3 (1-2; PG 125, 163).

yw) AUGUSTINUS: De moribus Manichaeorum (lib. 2 c. 11; PL 32, 1354).

yx) HUGO de Sancto Victore: De fructibus carnis et spiritus c. 6 (PL 176, 1000).

De hac ergo blasphemia⁷ est prima opinio esse peccatum directe contrarium praecepto confessionis⁸ fidei, divus THOMAS q. 13 art. 1, ALEXANDER⁹ HALENSIS 2. p. q. 148, SOTO^{yy} lib. 8 De iustitia q. 2 art. 3, CASTRO^{yz} lib. 1 De punitione haereticorum c. 12.

Secunda vero¹⁰ opinio, quam videtur tenere NAVARRUS q. 1 citatus est hoc peccatum esse tantum¹¹ peccatum contra religionis praeceptum¹², quia solum est contra cultum Deo debitum ex virtute religionis.

Confirmatur a simili¹³: sicut si quis factis¹⁴ irrogaret iniuriam Deo aut sanctis non animo infideli, sed odio quodam vel ira, non peccaret contra fidem, sed contra religionem, ergo similiter hic.

Confirmatur secundo: Nam hic modus blasphemiae contingit non solum asserendo aliquid contrarium fidei, sed etiam optando, ut fit imprecando¹⁵, vel turpiter et obscœne verbis sacris utendo et tunc peccatum hoc non est contra praeceptum et¹⁶ confessionem fidei, ut patet¹⁷, et tamen vera et propria¹⁸ est blasphemia.

Sed breviter¹⁹ dicendum est utrumque bene explicatum esse verum, supponendo non esse sermonem de omni blasphemia/, sed de illa, quae fit per verba continentia significationem quamdam infidelem seu²⁰ contrariam fidei vel quamdam apostasiam exteriorem et quasi materialem, ut cum quis dicit: non credo²¹ et similia. Nam / sine du-

respectu hominis O 6a Victore) *add. in marg. Lectio* O 8 praecepto confessionis) K 9 Alexander) *om.* K O G 10 vero) *om.* K D G 11 tantum) *om.* K O G 12 religionis praeceptum) religionem O 13 confirmatur simili) *om.* O G 14 fac-

tis) operibus D 15 ut - imprecando) *om.* K D O 16 praeceptum et) *om.* K O G 17 ut patet) *om.* D 18 et propria) *om.* K D O 19 breviter) *om.* K 20 infidelium seu) *om.* K O G 21 non credo) ut Lutherum ac nego [?] G 22 certe *om.* K. O 23 qua-

yy) Dominicus SOTO: De iustitia et iure lib. 8 q. a. 3: nihil refert ad rem.

yz) Alfonsus CASTRO: De iusta haereticorum punitione lib. 1 c. 12 (Opera, Paris 1571, col. 1.118-24).

za) Martinus ad AZPILCUETA: cfr. supra yo).

bio haec verba continent malitiam contrariam directe religioni, ut argumentum probat et si fiant animo infideli vel certe ²² animo exterius negandi fidem, continent etiam malitiam contrariam confessioni fidei, ut per se patet, si vero dicantur solum ex quadam ²³ ira vel odio, etiam ⁴² continent malitiam contrariam confessioni fidei, sed indirecte, quia haec malitia est intrinseca et inseparabilis a tali materia et talibus verbis ²⁵ et ad contrahendam malitiam alicuius speciei non necessaria intentio operantis, ut ex 2.2. constat ²⁶, sed satis est efficere materialem actionem voluntarie ²⁷, cui adiuncta est per se illa malitia.

Quod etiam confirmatur: nam talia verba de se sunt contraria praecepto confessionis fidei ²⁸ semper ²⁹ et alias voluntarie dicuntur, ergo. Unde facile ³⁰ etiam constat hoc peccatum genere suo mortale esse, nisi ex indeliberatione sit veniale.

Potest autem dubitari, an etiam ex levitate materiae possit fieri veniale.

Et breviter ³¹ respondeo minime posse intelligi si loquamur ³² de blasphemia includente exteriorem infidelitatem, de qua hic loquimur ³³, quia semper huiusmodi materia est res gravissima, si autem esset sermo de aliis blasphemis pure contra religionem, non esset inconveniens O f. 379 v aliquando esse veniale ex / levitate materiae, ut tenet SILD. f. 256 r VESTER ^{zb} verbo *blasphemia* § 4 et NAVARRUS ^{zc} c. 12 numero 87 ³⁴

dam) om. K 24 etiam) om. K 25 -
verbis) om. K O G 26 ut - constat)
om. K 27 voluntarie) om. K O 28
fidei) om. K 29 semper) om. K D O

30 facile) om. K O 31 et breviter)
om. O 32 si loquamur) om. K G;
loquamur) loquimur O 33 loquimur)
om. K 34 numero 87) numero 82 D

zb) Silvester PRIERIAS: *Summa summarum*, ed. Antwerpen 1579, tom. I, 97).
zc) Martinus ab AZPILCUETA: *Enchiridion sive manuale confessoriorum* c. 12 n. 87 (ed. Genova 1585, 156).

Advertendum est autem praeterea circa hoc peccatum³⁵ ex divo THOMA posse interdum committi mere interius etiam sine infidelitate intellectus³⁶, ut si quis interius secum loquens verba huiusmodi³⁷ blasphemiae contra Deum loquitur et illud peccatum est contra confessionem fidei et religionem³⁸, quam aliquis facere tenetur non solum exterius, sed etiam interius secum loquens. Neque obstat, quod AUGUSTINUS^{zd} lib. Contra mendacium c. 19 dicit³⁹ blasphemiam numquam esse sine falsitate; est enim verum numquam esse / blasphemiam, de qua loquimur, sine locutione falsa externa aut interna, quamvis esse possit sine iudicio falso contrario fidei.

K f. 28 v

Ex quibus omnibus⁴⁰ praeterea intelligitur, quod divus THOMAS q. 13 dicit blasphemiam esse maius peccatum infidelitate. Intelligitur enim non de quacumque blasphemia, sed de illa, quae fit infideli animo et addit extremam infidelitatem, nam haec includit malitiam contrariam fidei et confessioni fidei et religioni. Si vero praecise comparemus has malitias, scilicet eam, quae est contraria religioni et quae est contraria confessioni⁴¹ fidei, sine dubio haec maior est ex suo genere, quia est contra nobiliorem virtutem et privat maiori honestate, malitia autem interioris infidelitatis hanc etiam⁴² utramque superat ex suo genere, quamvis CASTRO supra dicat blasphemiam in homine fideli esse gravius peccatum, quam infidelitas illius, qui ex ignorantia errat, quia plurimum excusat ignorantia / unde⁴³ 1 ad Tim. 1 [13]: *blasphemus fui, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci* et videtur favere divo / AUGUSTINUS^{ze} 2 Contra mendacium c. 9. Sed in hoc non potest certa regula designari, quia licet peccatum infidelis⁴⁴ sit levius ratione ignorantiae, tamen in suo / gene-

D f. 256 v

G p. 424

O f. 380 r

35 circa - peccatum) om. K G 36
intellectus) om. K O G 37 huiusmo-
di) om. K O 38 et religionem) om.

K O G 39 dicit) ait O; om. K 40
omnibus) om. K G 41 confessioni)
om. D 42 etiam) om. K O G 43

zd) AUGUSTINUS: Contra mendacium c. 19 (PL 40; 546).

ze) AUGUSTINUS: Contra mendacium lib. 2 c. 9 (liber unicus c. 19; cfr. zd).

re et specie est gravius et aliunde tale peccatum in homine fideli fere⁴⁵ semper est ex vehementi aliqua passione, quae plurimum minuit voluntarium et ideo pro ratione circumstantiarum potest esse gravius vel levius peccatum.

Ultimo colligi potest ex dictis, quid sit proprie blasphemia in Spiritum Sanctum, de qua re divus THOMAS q. 14 propter locum Matthaei 12[32]: *omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur eis*, de quo multa dicunt⁴⁶ doctores⁴⁷ in 2 d. 43, specialiter⁴⁸ DURANDUS^{zf} et BONAVENTURA⁴⁹ et MARSILIUS⁵⁰ q. 23. Sed quia haec⁵¹ res habet locum proprium in materia de poenitentia, ideo⁵² dicendum est⁵³ breviter blasphemiam in Spiritum Sanctum esse illam, per quam opera vel signa⁵⁴ a Spiritu Sancto facta ad salutem et bonum⁵⁵ hominum in pravum sensum et finem malitiose torquentur et peculiariter in illo loco blasphemia in Spiritum Sanctum dicta⁵⁶ est illa a Christo Domino⁵⁷, quam Iudaei protulerunt dicentes⁵⁸: *in Beelzebub principe daemoniorum eiecit daemonia*⁵⁹. Unde blasphemia in filium hominis ibi dicitur et⁶⁰, per quam pharisaei calumniabantur vitam et humanam conversationem Christi Domini, unde illa⁶¹ dicitur irremisibilis non simpliciter, sed / comparatione huius propter magnam difficultatem, quia illa opponit directe impedimentum gratiae et indurat cor hominis et procedit ex vehementi malitia aut odio contra Deum; ita Patres communiter exponunt⁶¹: ATHANASIVS^{zg} lib. De communi essentia divinitatis, AMBROSIVS^{zh} lib. 1 De Spiritu

unde) iuxta illud K; om. O 44 infidelis) blasphemiae O 45 fere) vere D 46 multa dicunt) om. K O 47 multa - doctores) plura scholastici G 48 specialiter) om. K O 49 Durandus - Bonaventura) om. K; et Bonaventura) om. O G 50 Marsilius) add. del. dist. K 51 haec) om. K O 52

ideo) om. K O G 53 dicendum est) dico G 54 vel signa) om. K O 55 et bonum) om. K O 56 dicta) om. K 57 a - Domino) om. K 58 quam dicentes) de qua Christus K 59 daemoniorum - daemonia) etc. K O G 60 ea) illa O; om. K 61 ita - exponunt) est communis Patrum K; est

zf) DURANDUS de Sancto Porciano: In IV libros quaestionum plurimarum resolutiones, Paris 1508, f. 230.

zg) ATHANASIVS: De communi essentia divinitatis (n. 49; PG 28, 74).

Sancto c. 3 et lib. 2 De Poenitentia c. 4, HIERONYMUS^{z1} in Matthaeum, HILARIUS^{z1} CHRYSOSTOMUS^{zm} et graeci, idem⁶² HIERONYMUS^{zn} ep. ad Marcellam incipit⁶³: *est brevis quaestiuncula*, aliter exponunt AUGUSTINUS^{zo} et scholastici⁶⁴, sed dicta expositio mihi videtur literalis et ad propositum nostrum spectans.

Quaestio quarta⁶⁵: Quibus modis peccetur contra confessionem fidei per alia signa vel facta.⁶⁶

- O f. 380 v / Difficultas huius⁶⁷ quaestionis oritur ex eo, quod usus quarundam rerum vel actionum⁶⁸ vel signorum est ita proprius fidelibus vel infidelibus, ut si christianus utatur rebus vel signis propriis infidelium, ut se occultet vel omittat, quae sunt propria / fidelium in eundem finem, ut
 G p. 425 abstinere a carnibus die Veneris⁶⁹, videatur statim aut se infidelem⁷⁰ exhibere aut se negare fidem et ideo videtur hoc numquam licere, quod tamen in universum et generaliter⁷¹ affirmare et durissimum et falsum est; distinguere autem, quando liceat et quando⁷² non liceat⁷³, est valde obscurum⁷⁴. Tractant autem hanc quaestionem⁷⁵ peculiariter doctores⁷⁶ de usu vestium et de illis veluti exempli
 D f. 265 v gratia frequetius loquemur⁷⁷, tamen / doctrina generalis erit ad omnes res.

expositio Patrum G; *om.* O 62 idem) *om.* K D O 63 incipit) *om.* O 64 aliter - scholastici) alia vide divo Thoma O 65 quaestio quarta) quaeritur quarto K O 66 vel facta) etc. O 67 huius) *om.* K D 68 vel actionum) *om.* O 69 ut - Veneris) *om.*

K O G 70 infidelem) fidelem D 71 et generaliter) *om.* D G 72 et quando) vel K O G 73 liceat) *om.* K D O 74 valde obscurum) difficultum O; obscurissimum G 75 autem quaestionem) *om.* K 76 autem - doctores) vide authores qui O 77 loquemur)

zh) AMBROSIUS: De Spiritu Sancto lib. 1 c. 3 (PL 16, 746); De poenitentia lib. 2 c. 4 (PL 16, 522).

zi) HIERONYMUS: In Matth. (12, 32; hom. 51; PL 29, 557).

zj) HILARIUS: In Matth. (12, 32; PL 9, 989).

zm) CHRYSOSTOMUS: In Matth. (12, 32; PG 57, 449).

zn) HIERONYMUS: Ep. ad Marcellam (ep. 42; PL, 477).

zo) AUGUSTINUS: Liber ad Bonifatium seu ep. 185 c. 11 n. 48 (PL 33, 814).

